
54

TERTIA PARS

Naturalis phye Ferdinandi Pōzetti Cam' Aplīce Pre sideñ. Primatis.

✠



CANDIDO LECTORI MAGISTER NICOLETVS DATVS LV/ CEN. FELICITATEM.

C Larisime atq; resolutissime hic: anime / potẽtiarum proprietatumq; eius in quocũq; / naturam uidebis & in homine/omnibusq; illius sensibus/ ac quibus/uis partibus/uires intelliges: actiões omnes/ & opa quecunq; in uigilia/somno/& insomnio/ incidẽtia degustabis: quid diuinatio/ rerũq; presentio/ ac prophetia/ qdue illarum interpretes in uita ualeãt. innumeraq; alia perpulcra ab his pendentia cum inmensa uiuenciũ utilitate liquido cognosces rescisis longarum questionnm ambagibus/ breui problematis usu fund'tus omnia digeruntur: que ex grecis arabis latinis lon/gissimo studio preclare eligi potuerũt. additis que uel ab ipso au/ctore inuenta uel acerrimo eius iuditio firmata fuere. hec itaq; le/ctio doctos poterit alte confirmare/discentes mire instruere/ stu/diosos multifariam uoluptare uniuersos. crede igitur ea usq; pro/ficies ut cũ quicquid in homine est percalueris aut omnia noscas aut omniũ cognoscendi principia teneas. Vale ac felix lege.

FERDINANDVS PONZETTVS Camᵉ Apl̃ice presideñ.
primas. Reueᵐᵒ pr̃i & Dño Dño IVLIO
Carˡⁱ Medices Salf.

S Vperioribus ãnis uir Veneráde Neapolim me recepi quoniam etas & ratio suadebant iam quiescere & spem future uite accuratius ante oculos ponere & si quid temporis su/peresset emendationibus meorum librorum accomodare. Que cum denegassent publi/ce ac priuate cure quibus distringebar accer situs pluries ab amicis in urbem tandem redii ea tamen mente ut compositis rebus expeditius prosequerer quod maxime cupie/bam. Sed paulopost defuncto Iulio. ii. & auctore deo assumpto in Pon. Iohanne Cardinali de Medicis tuo fratre statim uenerũt in mentem optimi mores uiri tum circa fidem & diuinum cultũ in quibus a teneris ãnis adeo pie & sancte uersatus est ut qui ade/rant nedum admirari sed potius illũ uenerari cogerentur tum cir ca negocia priuata i quibus (ut tu qui eum in omni fortuna semp secutus es melius nosti) nũq̃ poterat animi magnitudine seu be/neficentia superari. Circa publica quoq; dum legatiõis officio sũ geretur & si erant in aliena manu tanta prudentia & cõsil o usus est ut patriam in pristinam sui suorumq; predecessorum beniuo/lentiam deduxerit. Mox uero cunctis huic sancte sedi imminen/tibus periculis ita consulte occurrit. ut non hanc felicitatem solũ uerum & perhennẽ gloriã cõsecuturum conicere quisq; facile po tuerit. Prospiciens igitur Pon. tot meritis tanta fratrum concor dia & omnium letitia a deo uocatum mutaui sententiam & per/manere decreui ut ipse fruerer ista noua inopinata hominum feli citate in qua suasionibus amicorum compellor edere hunc libru. Tertiam partem nostre naturalis phye iamdiu absolutum. Cupi ensq; aliquid impartiri tibi quem solum munera honesta delectãt

cuius etiam ingenium & probitatẽ semper obseruaui illũ ueluti degustationem quãdam nostrorum laborum & pignus beneuo/ lentie sub tuo nomine in publicum proferre statui. Qui & si non contineat apices scientiarũ (noluimus enim defatigare mẽ/ tes presertim magnis in rebus occupatas) soluit tamen omnia fe re dubia que in somno & uigilia occurrere solent: Quorũ mul/ ta & si uideantur a ueteribus discussa quantum tamen ad negoci um attinet reduximus ad breuitatem & ambigua fecimus adeo clara ut qsq; legẽs facile desinat dubitare. Quare si adepto ocio illa aliquando degustare non dedignaberis puto cedent tibi saltẽ loco honeste remissiõis. Nec te pigeat monere. an reliqui libri de natura a nobis eadem cura compositi in lucem prodire an peni/ tus latere debeant. Vale.

RVBRICE TERTIE PARTIS PHILOSOPHIE NATVRALIS DOMINI FERDINANDI PONZETTI.

LIBER. I.

TRAC. I.

TRAC. II.

TRAC. III.

TRAC. IIII.

TRAC. V.

TRAC. VI.

LIBER. II.

TRAC. I.

TRAC. II.

TRAC. III.

TRAC. IIII.

TABVLA

TRAC. V.

TRAC. VI.

TRAC. VII.

TRAC. VIII.

TRAC. IX.

LIBER. III.

TRAC. I.

TRAC. II.

TRAC. III.

TRAC. IIII.

TRAC. .V.

TRAC. VI.

TRAC. VII.

TRAC. VIII.

Finit Tabula.

ERRORES LIBRI NOTABILIORES.

folio. x. facie. ii. linea. vi. pcipiūtur dic pcipiūt
folio. xxii. facie. ii. linea. iii. ethiopis ethiopibus.
folio. xxvii. facie. i. linea. vi. perfixit prefixit.
folio. xxviii. facie. ii. linea. xxiiii. & desineret & si desi/
neret.
folio. xxxi. facie. i. linea. xiii. persuadi persuaderi
ibidem linea. xvii. ligaretur ligatur.
folio. xxxii. facie. i. linea. vii. ingredere schiam
ingreditur sciam.
folio eodem facie. ii. linea. x. uentus uentris
folio. xxxv. facie. i. linea. ix. ascendente ascendenti
ibidem nauitatis natiuitatis
folio. xlviii. facie. i. linea. ii. conuenit distare
minus distare.
folio eodem facie. ii. linea. xxix. ut tamen ut tantum
folio. lv. facie. i. linea. xiiii. difformitate deformi/
tatem.
folio. lvii. facie. ii. linea ultima. imdiētes impedientes
folio. lviii. facie. i. linea. xxvi. riuulos rimulas
folio. lxvi. facie. ii. linea. xxv. hec uero facile defluit
hec uero facile defluunt.
folio. lxxvii. facie. i. linea. vii. utilitatem unitatem
folio. lxxviii. facie. i. linea. viii. blancas branchas
folio. lxxix. facie. i. linea. ultima formulariter formalr
folio. lxxx. facie. ii. linea. xxiiii. hec hec
folio. lxxxvi. facie. i. linea. ii. pspicuisset pspexisset
folio. xcvii. facie. i. linea. xv. in naturali i innaturali
folio eodem facie. ii. linea. xvi. intrinseca extrinseca
folio. cvi. facie. ii. linea. vi. obstruet obstruat
folio. cxxi. facie. i. linea. i. somni somnii
folio. cxxxii. facie. ii. linea. xxii. uersant uersantur.

Attende etiam ad nonnullos errores quotationū capitulorum.

TRACTATVS PRIMVS.

CAPITVLVM PRIMVM DE INTENTIONE ET DIFFICVLTATIBVS NARRANDORVM.

EGimus de elementis.& naturis omnium inanima-
torum.& uiribus plantarum:Nunc loquutu[?] de ef
fectibus quibus ſepe admirantur & heſitant homi-
nes.quorum cauſe uel ſunt potentie anime uel non
declarantur ſine iſtis: ideo niſi que traduntur de ea
& de eius potentiis & actibus illarum reducerentur ſuccincte ad
memoriam noſter ſermo forſan remaneret ambiguus. Preſuppo
ſito autem non eſſe dubitandum an anima ſit, cum nichil repu-
tetur notius ea.dum enim uigilamus continue percipimus illam
preſentem. Quia tamen nolumus nunc loqui de ea niſi pro
ut eſt actus corporis.ideo referemus quid ſenſerit Ariſtoteles iſti
us uie diligens obſeruator: Inquit enim ante alia hanc ſcienti-
am eſſe honorabilem:tum ex parte ſubiecti quod eſt ipſa met ani
ma(ſaltem prout dat eſſe corpori)tum ex certitudine demõſtra-
tionis quoniam procedit ex illis que in nobis ſunt: Et ſubdit ꝙ
ualde confert ad omnes ſcientias & precipue ad naturalem eſt
enim una ex potioribus partibus iſtius & non ſolum utilis in co
gnitione animatorum ſed & neceſſaria: Sola etiam nouit cauſas
complexionis primorum principiorum:ſine quibus non ſolui-
tur queſita illius:nec aliarum ſcientiarum:quoniam omnes com
municant in illis inquantum ingrediũtur aliquomodo omnem
demonſtrationem:Eſt tamen difficilis ratione cõſiderationis ſub-
ſtantie ipſius & ſuarum partium:ac etiam accidẽtium:q̃m eſt du
bium:an ſit idem modus diffiniẽdi quodlibet diffinibile. quo cõ
ceſſo reſtat:an ille ſit demonſtratio:an diuiſio:an uia compoſitio
nis de qua ipſe meminit in libro poſteriorum: & ſi eſſent diuerſi
difficilius eligeretur qui poſſet accomodari ad habendam plenã

noticiam de anima presertim: quia diuersorum sunt diuerse cau/se: & principia diffinitia: puta numerorum & solidorum: Cum igit ir ipsa sit quoddam incomplexum ideo inquirit in quo genere existit: Et an sit in eo ut actus uel ut potentia que sunt diuersi in quolibet predicamento: Querit insuper de partibus eius ui delicet an sint in diuersis subiectis puta itellectiua in cerebro: Cócupiscibilis in corde: & naturalis in epate: ut opinatus est Plato: Et an iste sint eiusdem speciei: ut inqt Pyc͠ta. An diuersarum sub eo dem genere & an diffinitio anime sit similis diffinitioni speciei uel generis: Dubitauit etiam circa modum procedendi: An considratio de essentia precedat illam de potentiis: Et an hec illam de operibus uel econuerso puta prius de sentire q̃ de sensu uel de anima. quia non solum ipsum quod quid est confert ad cognoscendum accidentia: sed etiam econtra presertim in scientia de natura cuius ista est pars. Et rursus an potẽtie sint inuestigande per operatióes an per obiecta. Et denicq̧ an omnes operationes sint comunes anime & corpori an alique proprie ut existimatur de intelligere: q̧ si ut ait esset impossibile quod fieret sine fantasia: non fieret sine corpore. Verum si est propria operatio anime possibile est q̧ ipsa sit abstracta. Ait tamen q̧ de intelligere accidit: sicut de recto: cui ińgtum tale plura cótingunt puta tangere sphe ram in puncto: sed reputat̃ incóueniés q̧ rectitudo p se sit: quoniam est semper coniuncta cum aliquo corpore cum tamen pro comperto habuerit q̧ maior pars operationum ipsius comunicent cum corpore puta desiderare irasci &c. ideo concludit q̧ consideratio de anima pertinet ad naturalem: diuersificantur enim s͠m eum scientie penes diuersos modos diffiniendi: quoniam abstracta s͠m esse & considerationem pertinent ad metaphi/sicum sed s͠m consideratióem tantum ad mathematicum. Que uero nullo modo separãtur ad naturalé: hic enim cósiderat qui tates re͡ꝝ sensibiliũ quare si nõ repirẽtur alie substãtie p̃ter istas quidam ex ueteribus opinabantur sequeret̃ q̧ ista eẽt prima phia.

CAP. II. DE DIFFINITIONIBVS ANIME QVAS IMPROBAT.

QVoniam autem per diffinitiones completas debent sol/ui quesita & manifestari cause accidentium rei diffinibi/lis ideo ne eius sermoni possit tribui defectus retulit mul tas opiniones ueterum. Et primo illorum qui sunt loquti natura liter quorum bene dicta approbat puta q animatum differat ab inanimato motu & sensu reprobat tamen eos quoniam cum ali/qui illorum diffiniuerint animam per solum motum aliqui per solum sensum. Alii per utrunq omnes defecerunt. Et primo diffi nientes illam per motum puta democritus (qui asserebat princi/pia rerum naturalium esse athomos) uoluit illam cõstare ex igne is propter agilitatem ad motum. Alii ex aereis ut Leucippus di/cẽs q anhelitus est diffinitio uite quoniam isti sunt ualde ydonei ad illum, nam cessante uento percipitur motus illorum in aere & prope mortem partes pectoris ad quod terminatur inspiratio ualde laborant. Sed quia omnes isti presupponebãt animam mo uere seipsam ideo licet Aristo. concedat q ipsa possit moueri ad motum corporis ut nauta in naui uel ugrius ut forma in materia cum tamen anima non sit corpus: ideo reputauit impossibile eã posse per se moueri. Constat anim q tria sunt genera motus uide licet loci mutatio alteratio augmentatio & diminutio quocunq aũt istorũ moueretur ipsa eẽt per se in loco quod cum cõpetat soli corpori: ideo ipsa esset corpus. Si etiam posset se mouere de loco ad locum & iterum in locum priorẽ posset etiam ex se post mor tem reuerti in corpus. Insuper cum moueret motu recto ſm ima ginantes q ipsa constat ex natura alicuius elemẽti ignoraretur in quo quiesceret naturaliter uel uiolenter. Patet igitur animam nõ per se moueri: sed solum conceditur per accidẽs de uegetatiua & sensitiua. Intellectiua enim cum non sit materialis est immobilis realiter ulterius patet q non omne mouens mouet seipsum quo/niam in mouẽtibus & motis puenitur ad unum simpliciter imo

bile aliter in essentialiter ordinatis ꝓcederetur in infinitū. Magna tamen pars deceptionis ueterum forsan fuit: quia credebant ꝙ operationes que sunt totius animati ut gaudere & tristari primo denominarent animam & istam primo per se alterari, unde & per se moueri localiter. Et ꝓpterea Arist. inquit ꝙ piter pñt dicere ꝙ ipa texit uel edificat. ℂ Plato uero & si i diuersis locis fuerit figuratiue locutus de anima aliqn̄ tamē uidetur dicere ꝙ ipsa sit corpus sphericum eo ꝙ moueat illud motu circulari. Verum si intellectus esset spherice figure non intelligeret nisi tangēdo intelligibile & tūc uel in puncto & patet ꝙ non quoniā cum in eo essent infinita puncta nunꝗ posset pertransiri quare nec terminari intellectio. Et sicut circulatio esset infinita quia non quiesceret magis in uno puncto ꝗ in alio pariter intellectio propter identitatem. Si uero tangeret in parte uel in toto tunc intellectus supponeretur cuilibet intelligibili: quare extenderetur ad extensionem illius: Intelligere etiam est magis simile quieti quam motui aliter homo quiescendo a perturbationibus non fieret prudens. Et ad qualitates prime speciei que conueniunt animato inquantum tale eēt per se motus. Et deniꝗ positio est uana quia si anima mouet circulariter quia fuit incuruata ab opifice talis motus nō cōuenit ei ex natura sed per accidens: quare motus celi erit accidentalis quoniam ſm eum eodem motu anima mouet & mouetur. ℂ Et deteriora sequuntur ad eum pro quanto alibi diffinit illam esse numerum mouentem seipsum. Credebat enim Pyctagoras asserere naturas rerum esse numeros. Et prioribus dicentibus ꝙ oē mouēs mouet se. Sed sane impossibile est imaginari ꝙ unitas que est principium numeri accōmodet ad motū. Sequeret. n. ꝙ impartibile posset ptiri cū diuisibilitas motus sumat a diuisibilitate mobilis sicut accn̄tis a subiecto tū qa ptim esset in termino a quo & ptim ad quē q̄re diuisibilis. Cū ēt nō dēt a pūcto nisi positione i cōtīuo: nō sit pūcta nō pñt moueri nec moueri p se qa īdiuisibilia nec pt ptrāsiri spaciū pūctoꝝ forti⁹ nec spaciū unitatū & cōseqūt

nec numeri: quia constat ex illis. Et deniq; ꝗ non sit numerus patet ex una numeri proprietate: quia remota parte numeri: uel addita mutatur species eius: sed remota parte plante uel quorundam animalium ab eis anime istorum remanēt eedem in specie quare ipsa non est numerus mouens seipsum. Asserentes etiam illam esse armoniam resultantem ex mixtione elementorum ex eo ꝗ simul incipiunt quando ipsa uenit in corpus & desinunt dum recedit. Isti enim opinabantur intellectum esse sensum. Aristotiles tamen ostendit ꝗ ex hoc non sequitur identitas: sed quedam dependentia essentialis unius ad alterum. Adhuc cum Armonia sit respectus non mouet anima uero mouet corpus &c. Postremo carnis neruorum ossium & distinctarum partium corporis sunt diuerse armonie quia habent diuersas operationes qbus distinguunt. ideo in eodē aīali tot eent anime quot partes corpis ¶ Ad loquentes uero de anima sicut de principijs rerum qui asserebant illam esse compositam ex omnibus elementis aliter non posset omnia intelligere quoniam omnis cognitio fit a simili & si credatur ꝗ ipsi minus aberrauerint saltem respectu sensitiue sequitur tamen ꝗ nihil potest per se intelligi. Cum enim cognitio rei sumatur a forma que propter eius simplicitatem non componitur ex elementis: ideo ipsa ignorata oportet ut cetera ignorentur: nec possent cognosci alia predicamenta excepta substantia: quia illorum non sunt proprie elementa nisi forsan per Analogiam. Similiter ad Empedoclem dicentem illam constare ex quatuor primis corporibus amicitia & lite sequitur ꝗ cum deus nō intelligat litem quia non componitur ex ea aliter esset corruptibilis: ideo non cognosceret omnia. Et ad opinionem thaletis milesii qui dixit animam esse in toto mundo sequitur ꝗ erit etiam in elementis simplicibus: quare in igne eum tamen nullum purum elementum possit animari. Et ad illos qui dicunt ꝗ est uapor sequitur ꝗ posset cito resolui uel conuerti in alium. Sed forsan iste rationes concludunt contra sensum uerborum quoniā

non est uerisimile q̄ illi in tantum aberrauerint.

CAP. III. DE OPINIONE DIFFINIENTIVM ANIMAM ABSQVE DEPENDENTIA AD CORPVS.

QVoniam autem omnes fere enarrate opiniones presupponunt animam esse corpus uel aliquam substantiam reducibilem ad istud: ideo aliqui reputantes illam immunem ab omni dispositione corporea dixerunt q̄ est quedam substātia capax diuini luminis. Licet enim istud sit uerum est tamen potius accidens non declarans substantiam illius. Competeret etiam soli rationali & non aliis. Similiter dicentes q̄ est dei forme spiraculum quia statim creata spirat ad uitam manifestāt potius operationem comunem cum angelis & fundātur in creditis Et ad illos qui tenent q̄ est substantia regēs corpus instar aranee residentis in medio tele sequitur q̄ non informet: sed potius assistit ut illud animal tele hec opiniones & si forsan non sint parui pēdende in sensum in quem referuntur. Quia tamen cogimur nunc loqui de ea prout est actus corporis. Cumq; uere diffinibile debeat esse per se unum reale compositum & uniuersale que non possunt competere anime que est forma. Et propterea diffinienda per suum subiectum: ideo presupposita noticia essendi illius referemus quid habet Aristo.

CAP. IIII. DE QVIDITATE ANIME.

ARistoteles autem dedit duas diffinitiones de ea. Prima est generalis comprehendens omnes animas cum ait q̄ est actus corporis physici &c. Quod sit actus patet ex diuisione substantie singularis in materiam formam & compositum. Non enim est materia: quia hec est ens in potentia quod nō competit anime. Illa etiam est subiectum. Anima uero in subie-

ctoꝛ quia in corpore. Nec est compositum : quia istud est ens in actu subsistens per formam/anima uero dat esse substantiale alte rĩunde nisi esset actus Aristoteles non increpasset antiquos pre/termittentes in eius cõsideratione subiectum in quo est. Et est primus/quia exuta a corpore quod remanet nõ est animal nisi equiuoce: quare inquit ꝙ sicut sciẽtia se habet ad speculari: ita anima ad operari & sicut scientia est actus primus respectu speculari: pariter anima respectu corporis phisici/quare est substantia / Cum enim omne accidens det esse secundum quid / ideo est actus se/cundus: Sed addit corporis physici hoc est naturalis : quia licet ablata artificiali/forma puta acutie a securi / quod remanet non perdat nomen substantie : ablata tamen anima a composito per/ditur nomen & diffinitio substantie & indiuidui demonstrati / quare est actus primus corporis physici / Addit etiam organici/ quod probat de plantis/ in quibus & si organa reputentur latere quoniam minus distincta: sunt tamen in eis radices loco oris/ & cortices loco cutis/ & folia protegunt fructus/ unde si natura dedit illa plantis/ multomagis animalibus / que propter operatio/nes proprias egent partibus magis diuersis / ex quarum lesione longe plus impediuntur operari respectu plantarum. Et ultimo ponit potentia uitam habentis: sed per uitam intellexit actum se/cundum/quia cum corpus positum in diffinitione predicta non possit esse sine anima / sicut nec materia sine forma / & cum secun/dum aliquos non possit habere organa completa sine a / ideo ꝙ dicit in potentia uitam habentis uita / ut dictum est non re// spicit animam/sed potius eius operationem (ut enim ait Ari// stoteles) uiuere idest operari est esse / hoc est uita suple uiuen// tibus.

¶ Sed quamuis predicta diffinitio conueniat anime(datur enim per eius subiectum) quia tamen non est propria alicui parti/sed cõueniẽs oĩbus statĩ assignauit aliã que specificat omnes gradus illi⁹ ex qua põt iferri illa põr ꝗ ita se hẽt ad ptes aĩe/sicut diffinitio

figure ad sua inferiora que predicatur de illis solum Analogice. Ista igitur secunda ueluti completior/continet priorem/ ut aiūt Quadratum continere in potentia triangulum. Et cum naturalis procedat ex nobis notioribus qualia sunt operatiões: ideo ex distinctione istarum infert distinctos gradus animantiū quia uiuentium inquantum talia non percipiuntur nisi quatuor actus/ specie subalterna distincti: ideo totidem concludit gradus illoꝝ. Quare secundum eum/anima est principium/uegetandi/sentiēdi/ſm locum mouendi/& intelligendi totidem enim sunt operationes que percipiuntur ab ea/prout est forma corporis animati. Vnde si est principium uegetandi erit etiam actus corporis physici ut dictum est.

TRAC.II.

CA.I.DE ESSE INTELLECTIVE ANTE ET POST VNIONEM CVM CORPORE SECVNDVM EVM

EX predictis autem satis notificauit ēentiam anime in corpore sed nō cōstat quid senserit de intellectiua ante unionem: cum credatur ꝙ tenuerit illam de foris aduenire: nec agit de ea post separationem a corpore nec declarauit an sit producta nec quo genere productionis: nec a quo efficiente: Si enim putauit deum mouere motu sempiterno/ a quo non potest immediate produci nouus effectus uidetur tacite negasse nouam pductionem illius: aliter etiam uideretur cōcessisse processum infinitū in actu in pmanētibus: Et forsan uideretur dicēdum ꝙ si nō concesserit expresse illas ab eterno productas sicut putauit Plato de certo numero cum continuo reditu illarum ad diuersa corpora humana; uidetur tamen ſm aliquos non negasse: quia licet improbauerit reditum animarum pictagoricum nō forsan Platonis sed qcquid tenuerit de eius īceptione/Videt̄ tñ ꝙ dubitauerit de illius īmortalitate: qm̄ in fine septimi metaphisice inquit ꝙ ptes q̄ pñt remanere sepate a toto sunt elemēta & ptes ſm materiā Et in pmo de aīa ꝙ intelligere corrūpit̄ quodā īteriori corrupto

Sed quoniam in.xvi.animalium uoluit ꝙ ueniat deforis: & non per generationem. Et in.xii. Metaphysice inquirens:si aliquid manet posterius ait. In quibusdam enim non est impossibile:puta si anima est talis dispositionis ꝙ possit manere non tota:sed intellectus: unde uidetur tenere istum manere post compositum: Idem refert in tertio de anima laudando Anaxagoram asserentem itellcm̄ esse simplicem imaterialem & abstractū:ideo opposite auctoritates sunt interpretāde puta ꝙ in.vii.metaphi.loquat̄ de partibus eductis de potentia materie:& in primo de anima de intelligere cum corpore quia coniūctum fantasie. Quamuis etiam potuerit scire ꝙ ipsa dependet a deo in ratione principii: seu efficientis non tamen potuit:nec aliquis potest considerare depē/dentiam finis:nam & si in.x.Ethi.concluserit felicitatem anime non tamen conuenientem ei post mortem: quoniam hec elargitur a deo per eius uoluntatem que nisi per reuelationem & Christi auctoritate cognosci potest. Aristotel.igitur & si posuerit animam immortalem non tamen separabilem: ideo non inuestigauit de alio statu illius. Sed qa hec & multa ānexa declarauimus i ii.&.iiii.lib.de spiritibus corpeis:ideo nolumus ulteri⁹ trāsgredi.

CAP.II.DE MEDIO QVO HVMANA VNITVR CORPORI.

Cum igitur in genere constet ꝙ anima est actus corporis: ideo si istud est animādum debet esse dispositum: & quidam dicunt ꝙ dispositio ultima illius: siue sit accidens: siue forma substantialis est ueluti medium permanens: quo ipsa cum corpore inuicem iungūtur. Alii uero negant illud saltem in ratione receptiui:quia nisi anima que est forma & perfectio con/iungeretur immediate suo perfectibili receptiuum cum recepto faceret unū p accidēs: quia ex duobus in actu:Nec scđm istos obstat de dispositiōibus corporeis preuiis: qm̄ in aduentu aīe corrūpunt:& noue naturaliter subsequunt: si eni priores remanerent ille q̄ erāt corrupti eēnt geniti: & accidēs trāsfererēt de subiecto

in subiectum. Et cum obiicitur q̄ si posset uniri sine medio uni/
retur potius cum uno solo elemento ratione maioris similitudi/
nis cum eo in simplicitate q̄ cum composito : Istud concluderet
si negaretur medium dispositiuum qđ non potest negari. q̄m ge/
neratio est finis alteratiōis: Ratio et istorꝝ ē ualde erronea: Cū.n.
corpus se habeat ut potentia: & anima ut actus ideo potius inter
illa exigitur dissimilitudo. aliter actus non esset ꝓportionatus po
tentie: Anima namqꝫ cū debeat esse principium diuersarum ope/
rationum ideo corpus informādum exigit diuersa organa & in/
strumenta que nō possunt cōstitui nisi ex diuersa mixtione oīum
elemētorꝫ. Verum questio est magis dubia de intellectiua. cū.n.
sit substantia simplex nō consonat ut uniatur immediate corpori
inanimato: ideo alii putant uniri duobus mediis uidelicet uege/
tatiua. & sensitiua. qa in hoīe (ut credit̄) iste distingūūtur ab intelle
ctiua. tenet̄ et qđ ī aliis uiuētib⁹ ab hoīe mediū ꝑmanēs sit necessa
rium qa nec iste due sicut nec aliqua substātialis forma pōt ex se
attingere materiam nudam: ideo alii putarunt esse necessariā quā
titatē intermīatā illi coeuā aliter diuisibile puta forma extēsa reci
peretur in indiuisibili uidelicet in materia nuda & q̄titati esset ali
quid cōtrarium: & si aliq putēt q̄ ipsamet materia uocet̄ q̄titas ī
terminata pro q̄to ex se nō habet certā formam: Sed est ind fferēs
ad oēs usquequo terminet̄ a forma substantiali: Tenētes tn̄ illam
distinctam a materia dicūt q̄ trāsmutatio nō pōt fieri nisi in subie
cto q̄to aliter trāsmutans nō tāgeret trāsmutatū nec moués esset
simul cū moto quare ꝭm hanc uiam oportet concedere q̄titatem
esse mediū (non tn̄ sub eodem termino) quia ultimus est a forma
Et forsan secundum istos remanent etiam qualitates quas uocāt
simbolicas hoc est que sunt eiusdem rationis in genito & corru/
pto quoniam per istas est facilior transitus: addunt tamen q̄ pre
dicta quantitas est transcendens non q̄ predicetur de omnibus:
sed quia nō est ī aliquo predicamento. Omnes enim species quā
titatis uel terminant uel terminantur que repugnant q̄titati inter/

minate: hec tamen non cadit primo sub sensu sicut nec aliquod aliud excepta qualitate sensibili que est posterior q̃titate. obiecta enim propria sensuum sunt qualitates tertie spẽi. Sed ad proposi tum quicquid sit de medio accidentali ꝙ naturaliter nõ uidetur posse negari saltem de quãtitate predicta. de substantiali tñ tenent multi ꝙ licet sensitiua ab aliq̃bus reputetur simplex quia ſm eos est a deo quoniam nõ a uirtute seminis quia ista est imperfectior nec a celo quia putãt illud esse inanimatũ quare erit a deo & sim plex. ideo nõ poterit esse mediũ respectu intellectiue unde si istud concedat̃ pro quanto oĩs ratio seminalis est diuina sicut & gene ratio est opus diuinũ nõ tñ p̃nt iferre ꝙ hẽat eẽ per creatiõem: qa ut alibi patebit põt ꝑduci uirtute seminis ab agente uniuoco me diãte celo dat̃ etiã ꝙ crearet̃ adhuc nõ põt iferri simplicitas q̃lis est illa intellectiue ut aiunt: quia & si unus audiret naturaliter & alius miraculose utraq̧ tñ auditio esset eiusdem rationis. Creatio igitur non arguit simplicitatem quando ipsa in se non sit simplex nam & compositis nõ repugnat creatio ut patuit ab initio mũdi. Et propterea aliqui dicũt ꝙ sensibilis põt large uocari medium quia secundum eos uenit prius in corpus q̃ ratiõalis a qua tamẽ dependet similiter uegetatiua respectu sensitiue: quia prius gene ratur. Puto tamen ꝙ neutra sit proprie medium saltẽ permanens quia superueniente rationali efficiuntur eius potentie & omnes una perfectio tenendo etiam ꝙ simul uenirent tũc operatio uege tatiue manifestaretur prius operatione alterius. Ideo alii tenẽt ꝙ reperiatur aliquod medium substantiale quorum aliqui asserũt illud esse formas remissas elementorum & alii formam mixtio nis quam etiam multiplicãt secundum numerum partium orga nicarum sed quoniam ista petunt potius quesitum de pluralita litate formarum: ideo quidam medici loquentes de medio pro ximo & permanente animationis intellectiue aiunt ꝙ spiritus uitalis in corde & animalis in cerebro & naturalis in epate & gignitiuus in membris genitalibus sunt medium: quia ista

quatuor principalia sunt quodámodo totum / nec obstat q̃ sint corporei quia sunt lucidi & subtiles:ideo medii iter spirituale & corporale solidum & permanent per totam uitam. Sed isti d eti/ am est difficile quoniam si spiritus corporei sunt prius cum cor/ pore q̃ animentur ab intellectiua quereretur de medio inter eos & corpus & postea de alio & sic in ifinitum nisi dicatur q̃ sit sta tus in eis:uerum cum sint corpora ideo non proprie medium re cipiendi sunt igitur potius instrumenta hec tantum dubitando re tulimus quia solutio quesiti petit solutiones multarum difficul/ tatum de quibus alibi.

CAP.III.DE DIFFERENTIA ANIME AB ALIIS FORMIS IMMATERIALIBVS.

Cum autem retulerimus diuersos modos possibiles unié di animam intellectiuam cũ corpore cuius est forma qđ non conuenit angelo ratione sue essentie cum tamen sint eque simplices.Ideo referemus rationes diuersitatis. Sed primo conuenientie quantum ad esse in loco non enim sunt in eo sicut corpora:carent enim quantitate quare nec possunt distendi p spa cium loci nec cum isto commensurari. Nec esse in illo naturali/ ter nec uioléter non sunt etiam necessario in loco quoniam deus potuisset ambo creare extra omnem locum eis tamen inest po/ tentia passiua qua possunt esse in illo in quo applicant suam uir/ tutem determinate quoniam sunt ita ibi q̃ nõ alibi quare sunt in eo diffinitiue qđ satis etiam consonat Pho dicenti q̃ intelligétia est in celo & in superficie conuexa & in oriéte quia in illis locis manifestius percipitur eius operatio seu applicatio sue uirtutis. Sed quicquid dixerit Aristot. fm tamen ueritatem locus angeli potest esse maior uel minor fm quod magis & minus extendit suam potétiam infra terminũ seu ambitũ sue uirtutis. Et licet iste modus a posteriori sit magis conformis doctrine naturali. Con/ siderantes tamen rationem a priori tenent q̃ sint in loco per quá/ titatem uirtualem & intelligunt q̃ sicut quantitas molis est ratio

essendi in eo diffinitiue non enim creduntur q̃ sit ibi per operatio/
nem nisi ratione sumpta a posteriori dicendo est ibi: quia opatur
ibi. Realis enim pñtia eius in loco precedit operationem in illo:
Et licet non possit esse in q̃tūcunq̃ magno: quia tunc posset esse
ubiq̃ qd' est ꝓprium dei. p̃t tñ esse in quocūq̃ pũo qa eẽ in mino
ri uel posse esse in tali nõ arguit augmẽtum uirtutis dũmodo sit
locus diuisibilis: quia est dubiũ an possit esse in puncto tum ex
parte ipsius: quia multi negant ista saltem in actu tum ex pte an/
geli quia nõ uideť quomodo tũc posset cõtinue moueri p spaciũ.
¶ An aũt duo possint esse in eodem loco adequato dicitur q̃ ali
quis est locus proprius quem uocãt terminũ sue potentie seu ca/
pacitatẽ sue uirtutis alius cõis hoc est ambitus potẽtie dei in quo
nõ est dubiũ q̃ sint plures ut enim phi dicunt q̃ oĩa locabilia di/
mẽsiue cõtinenť in ultima sphera celesti ut in cõi loco pariter oĩs
substantia incorporea põt ex se moueri & quiescere in capacitate
diuine nature teneť tñ q̃ duo angeli p nullam potentiam pñt esse
in eodem loco proprio qd' intelligiur de adequato aliter idẽ ef/
fectus eẽt a duabus causis totalibus. Si etiam sunt hoc aliquid ne
cessario distinguunť seipsis. Nec mouenť in tpe saltem cõtinuo, qa
sicut unus est totus simul pariter fertur totus ex uno in aliũ locũ
nõ enim motus istoꝶ est similis motui corporaliũ in quibus diui
sibilitas tpis correspondet diuisibilitati motus & cõtinuitas con/
tinuati: sed potius assimilatur mutationi formarum iter quas nõ
est dãdum tp̃s medium in quo subiectũ sit sine forma puta ignis
uel aeris Arist. aũt nõ putauit motum posse fieri nisi in tpe conti
nuo & nullibi fecit mentionem de discreto quia credidit intelli/
gentias quas nos uocamus angelos esse simpliciter imobiles. Et
quia ꝫm eum motus est corporũ ideo cõtinuus & in cõtinuo tpe
quere alibi. Sed licet angelus & aĩa cõueniãt in modo essendi in
loco & in multis accidẽtibus sequẽtibus tale esse differunt tñ q̃m
ista inclinať ad corpus nõ aũt angelus quare nec põt informare il
lud est eni ex se persona & cõpletus in ſpẽ nõ enim est forma. aĩa

uero est forma & pars speciei cuius rei nõ est alia ratio n hoc est hoc & illud est illud. Potest tamẽ angelus applica ua passiuis assumere aliquod corpus formatum in aere uel u uer non tamen purum elementum quia in isto nõ uideretur quo niam color est passio mixti. & cum habeat potentiam actiuam ad aliquod ubi posset corpus assumptum mouere localiter: non tñ dare ei uitam nec exercere eius actus puta nutrire sentire &c. Secus de rationali que dat uitam homini. ℭ Differunt etiã q̃m anima informans nõ uocatur spiritus. adhuc angelus creatus statim & immediate fuit illuminatus a deo & in eo impresse omnes similitudines rerum saltim in uniuersali: anima uero est ut tabula nuda & indiget sensibus & dum est in corpore intelligit abstrahẽdo a fantasmatibus. Angelus uero habet species cõcreatas omnium quiditatum. Et si forsan possit intelligere particularia accipiendo cognitionem a rebus. ℭ Differunt insup quoniam isti fuerunt omnes simul creati sed quelibet anima creatur de nouo in eodem tñ instanti temporis creatur & infunditur in corpore preparato. Et si obiceretur. de. ii. Gene. ꝙ deus die. vii. quieuit ab omni opere quod patrarat intelligitur quantum ad creationem nouarum specierum saltem perfectarum. creata enim anima ade fuerunt create omnes in specie non autem in numero non sic de Angelis sed omnes simul nõ enim erat necesse ꝙ informarẽt corpora disponẽda ad receptiõem illorum. Operãtur etiam statim anima uero intellectiua ẜm naturam non exit in actum nisi completis organis nec infundit̃ prius. ℭ Et licet desiderium perpetuã di insitum nobis a natura opetur ut homines cupiãt scire. An sic immortalis sicut & angelus de qua & si multe rõnes sapientũ soleãt referri que cũ soluant̃ ab aliis & ppea illis inherẽdo ꝓblema remanet neutrũ ideo nobis sufficit auctoritas Xpi. Nolite inquit timere eos q occidũt corpus aĩam aũt non pñt occidere cuius auctoritate sumus ẽt certi ꝙ aliqñ oẽs reuniẽtur corpibus suis iuxta illud. Iusti ibunt in uitã eternã: alii uero in suppliciũ eternum.

Quicquid igitur de predictis senserint diuerse phorum secte patet tamen ꝙ non subiicitur alicui dispositiōi corporali quoniā tūc intellectus eēt calidus uel frigidus & haberet organum sicut sensus & esset determinati sensibilis ut obiecti & non terius entis Si.n.eēt extēsus cresceret crescente corpore: spēs uero quibus intelligit reponunt̄ ab intellectu agēte in ultimo gradu abstractiōis Sicut.n.color non uidetur sine lumine exteriori. pariter nec species rerum immutant sine lumine intellectus agentis. Et cum dī ꝙ itellectus assimilatur materie prime istud est pro quanto est aptus recipere omnes formas in esse intentionali sicut materia in esse reali cum.n.intellectus nō sit corpus nec uirtus in corpore nō pōt realiter recipere quare ad intelligēdum que sunt supra nos indiget lumine sup naturali: sed ad scientias naturales & morales sufficiunt ei principia comunia & propria illarum.

CAP.IIII.DE MODO QVO DICITVR ESSE TOTA IN TOTO.

QVoniā aūt dcm̄ est intellectiuā eē īmaterialē declarandū est qūo ipsa sit tota in toto & in qualibet pte qd rōe sue īmaterialitatis est ei pprium īter oēs formas pficiētes materiā p qbus repetemus ꝙ intellectiua sensitiua & uegetatiua & si sint diuerse in diuersis in hoīe tū sunt tm̄ una pfectio & uires eiusdem aīe que nisi uniret̄ cuilibet pti corpis non esset forma totius nisi etiam indiuisibiliter daret esse cuilibet parti corporis esset materialis & nisi deniq; uegetatiua contineretur in sensitiua etiam ambe in itellectiua essent tres aīe distincte in eodē hoīe nec repugnat ut una ueniat in corpus priusq̄ alia: quia licet uegetatiua sit pus nā cū semīe q̄ corpus nutriat̄ & crescat &. 2.supueniat sensitiua & ultimo rōnalis & tūc ille due fiant potētie illius nec forsan repugnat ꝙ post mortē remaneāt cū ea fm habitū & nō operentur pp defect̄ū organo℞ aliter qn̄ homo resurgeret esset impfectus in specie mēbrum tn̄ sunt potētie intellectiue beatitudo suo modo redundat in illas. Est igit̄ indiuisibilis si eni esset solū in aliqua pte

nō pficeret totū uel si hēret habitudinē ad ptem terminatā fm illā esset homo. unde si est forma que nō patif diuisionem nō est maior ratio ꝙ sit magis in una q̄ in alia pte. Nō igitur eius totalitas est referēda ad partes q̄titatis quibus caret sed potestatis ad cuius totalitatem sufficit immaterialitas qua pōt mouere quālibet ptē qm̄ fm oēs uehuntur eius uires mediis spiritibus ut instrumētis. Manifestanf aūt opationes potentiaꝝ potius in uno q̄ in alio loco corpis q̄ in illo sunt organa & instra q̄bus opanf. ℭ Hec tn̄ duo differūt inuicē tum in essentia q̄a ista ut plurimū sunt homogenea: ut patet de spiritibus qui et in corpore sepe corrūpunf & regeneranf. Organa uero etherogenea cū corrumpunf nō pñt de nuo regenerari. Sunt etiā īmobilia spūs uero deferūt uires aīe per corpus. Sed ad ppositum si organū esset unū & simile semp oparetur eodem modo non sic de instrumento ꝙ mouef ex proposito principalis agentis & si pluries unum sumatur pro alio.

CAP.V.DE NVMERO POTENTIARVM ANIME HVMANE IN GENERE.

VEgetatiua enim & sensitiua & si in homine sint idem in substantia ut dcm̄ est cum intellectiua manēt tn̄ ut potētie aīe humane que cū hēant sub se plures alias uires distinctas & uegetatiue sint priores aliis ideo de istis prius agēdum est. quaꝝ alique uocanf ministrantes puta attractiua/ retentiua/ digestiua/ & expulsiua/ alique ministrate seu quibus deseruitur puta nutritiua/ augmētatiua/ & generatiua/ que & si cōueniāt cū illis quatuor pro q̄to habent idem alimētum ꝓ obiecto (& si non sub eadē rōne) ille tn̄ prius preparāt sanguīem separādo purū ab impuro uel aliquid loco istius in carētibus isto. & postea nutritiua uertit illum in substātiam indiuidui nutriti: Augmētatiua uero ex supfluo auget usq; ad certum tp̄s & generatiua seruat specienam & si indiuiduū seip̄m seruet & augeat non tn̄ generat ut patebit. ℭ Et cum aīal sit tale per sensum: ideo sub secundo gradu animatorum locātur uires sensitiue quarum alique sunt exterio/

re puta uisus/auditus/odoratus/gustus/& tactus. Iste tamen dif/fundıtur per totum corpus aliter animal non sentiret in qualibet parte. unde differt ab alııs quibus natura constituit organa in parte corporis terminata: puta duos oculos/duas aures/duo foramina narium. & ut aliqui putant duas linguas & si hee non apparent ad sensum nisi forsan ut aiunt in quibusdam serpentibus. Sūt enim predicta situata in capite quia in eo manifestantur operationes usrum istoꝝ instrorum. Organum uero tactus siue sit caro siue nerui. Inuenitur in toto corpore ut totum sentiat. Sed nō fuerunt plures nec pauciores quam. Quinqꝫ saltim in genere(ꝙ dico propter tactum)propter quatuor elementa & quintam essentiam que tribuitur uisiue/dyaphaneitate enim & luce assimilatur corpori celesti. & ignis olfactui propter fumalem euaporatiōem Et auditui aer pp hoc enim complantatur in auribus & aqua terminat gustum quia sua humiditate reducit gustabile ad actum. Terra deniqꝫ tactum quia materialior & corpulentior: que omnia sunt intelligēda solum a p̄dominio. ℭ Predicti tamen sensus non seruant species nisi presente obiecto. & plura cognoscuntur a sensibus que non continentur sub obiectis exteriorum quare necesse fuit ꝙ īteriores essent quatuor uidelicet sensus comunis imaginatiua cogitatiua & memoratiua. Istarum enim potentiarum quedam sunt apprehensiue quedam retētiue. nam similitudines rerum apprehensarum a sensu comuni retinentur ab imaginatiua & comprehense a cogitatiua seruantur in memoratiua. Alii qui tamen dicunt ꝙ eadem potentia potest retinere & apprehendere istud per se & illud cōsequenter & ecōuerso. ℭ De secundū locum motiua dicetur postquoniam cum non constituat diuersum genus animantium: ideo pro nunc de ea est supercedendum ℭ Sub quarto autem gradu locantur intellectus agens & possibilis cuius appetitus est uoluntas quoniam sicut homo potest cognoscere superiora puta deum & angelos & inferiora puta sensibilia pariter potest per uolūtatem prosequi predicta uel abstine/

re ab eis. Intellectus enim quia immaterialis est totius ens . . . . . tentia uero organica est terminati obiecti quare dicitur q . . . per sensus est omnia sensibilia & per intellectum omnia intelligibilia. Nam & si eius obiectum in ratione mouendi sit forsan quiditas rei sensibilis & eius actio terminetur ad omne ens & ad omne genus scibilium ad ista tamen habemus ordinem in procedendo quoniam per exteriores sensus cognoscimus corporalia & p interiores ultra hoc similitudines corporum & ulterius per intellectum abstracta in esse que non sunt corpora nec istis similia

¶ Quem ordinem potentiarum statuit natura pro parte ne homo deciperetur. Exteriores enim sensus possunt aberrare ex indispositione medii organi uel loci (& si non ex pte obiecti proprii) puta oculus aliquando putat quod unum sit duo ut patet de baculo existente/partim in aqua/& partim in aere qui apparet fractus &c.

¶ Interdum etiam deceptio (& si error iste sit in uisu) pcedit ab aliqua potentiarum interiorum que licet possint comprehendere res in absentia per similitudines suas: quia tamen representantur eis aliquando turbate. aliquando tranquille. ideo aliquando iudicant uere aliquando false secundum uariam dispositionem medii spirituum uel organorum. Cogitatiua autem cum sit particularis intellectus. ideo aliqua propositione particulari uidetur corrigere posse errores aliorum sensuum. Intellectus tamen cum habeat propositionem uniuersalem. uidelicet q nullum durius frangitur a minus duro ideo potest corrigere errores oium sensuu de cuius certitudine & errore istorum patebit.

¶ Consideratis igitur numero & ordine potentiarum animę cō stat q appetitus sint tres. Primus naturalis qui iest omnibus (est enim quedam inclinatio nature in suum finem ut lapidis deorsum). Alius animalis qui insequitur sensum & diuiditur in irascibilem & concupiscibilem. Alius rationalis qui est idem quod appetitus intellectiuus qui appellatur uoluntas & differt a sensu

tiuo qui est per se illorum que possunt offerri sensibus quoniam non concupiscitur nisi aliquomodo comprehensum. ❡ Intellectiuus uero & si sit per se omnium possibilium quia tamen est liber per essentiam: ideo per accidens & complexe potest etiam esse impossibilium ut patuit q̃ demon appetit esse equalem Deo.

CAPITVLVM SEXTVM DE NECESSITATE VEGETATIVE ET OPERIBVS POTENTIARVM EIVS

CVm autem nullum mortale possit uiuere nec permanere sine uegetatiua quia uiuum est tale per istam sicut animal est animal per sensum tactus ideo repetemus quod cum corpora mortalia uiuentia seu uegetantia componantur ex elemẽtis cõtrariis inuicem repugnantibus quod nisi in eis fieret restauratio ipsa cito perirent seu deficerent: corpora enim celi inter uiua sola sunt que carent materia subiecta huic discrimini Similiter & substantie spirituales. quare non alterantur corrupti ue nec infirmantur. constat igitur oportunitas uegetatiue & potentiarum eius que prius numerate sunt.

❡ Per idem patet & est manifesta necessitas uirtutis augumentatiue quoniam cum uiuentia non generẽtur ob defectũ nature sue sub debita eorum quantitate fuit solicitudo uniuersalis agentis hanc uirtutem dare uiuentibus ut per istam peruenirent ad mensuram siue quantitatem statutam eis in specie: est enim omnium natura constantium determinata ratio magnitudinis seu augmenti non solum in indiuiduo uerum & in specie quibus patet necessitas seu oportunitas augumentatiue.

❡ Necessitas autem generatiue est per se manifesta. cum enim nutritiua & augumentatiua sint propter esse & conseruationem indiuidi. generatiua uero est illa sine qua non perpetuantur species secundum Aristo. doctrinam secũdo de gene. ❡ Cum igitur iste sint priores (reperiuntur enim in aliquibus uiuẽtibus sine aliis & ubi sunt cum eis prius manifestãtur istarum operatiões) ideo pri/

us particularius quam fecimus referemus ꝙ cum nutritio exigat ut alimentum quod ex se non mouetur trahatur ad mēbrum nu/tribile: ideo potentia subseruiens que istud agit uocatur a Medi/cis attractiua (est enim in potentiis uegetatiuis obiectū passiuum & non actiuum) Sed quia debet ꝑmanere cū eo aliter non expe/ctaret digestiōem: ideo alia que retinet uocat̄ retētiua. Cūq; īdige/sta nō nutriāt ideo tertiā uocant digestiuam. & aliam que expel/lit superfluum expulsiuam.

¶ Prima igitur attrahit mediante calore naturali: sed iuuatur si/militudine quam habent membra cum nutrimēto non enim tra/huntur indifferenter omnes humores: sed magis similes & habi/les ut aiunt ꝙ si in lampade esset uinum aqua & oleum citius at/traheretur oleum: qa magis proportionatum flamme & licinio.

¶ Sed graduando mēbra trahentia dicunt ꝙ cor manifestius in/fluens super alia est fortius in attrahendo quod potest esse uerum pro quāto spiritus in eo sunt calidiores omnium que sunt in cor/pore animalis (attractio uero fit a calido). Secundum uero tra/hens est epar. Tertium stomachus. Quartum arterie. Quin/tum uene & unum istorum sepe trahit ab alio non solum alimē/tum sed interdum superfluitates puta fel. coleram. & sic de aliis

¶ Referūt insuper qdam duplicē attractiuam unam comunem (cuius sedes est cor. quod forsan accidit pro quanto istud ad plu/ra se extendit) quare attractiua in eo dicitur comunis respectu il/lius que uiget inquolibet membro particulari. & ea ratione eti/am digestiua & expulsiua epatis & stomachi potest uocari co/munior respectu oris uel aliorum membrorum in quibus nulla permutatio nutrimenti potest fieri nisi prius fuerit digestum in illis duobus. ¶ Deseruiunt aūt predictis uiribus subministranti/bus tria genera uillorum uidelicet longitudinales qui magis de/seruiunt attractiue/retentiue uero magis transuersales qui pos/sunt iuuari a latitudīalibus a qbus etiā fit expulsio: modus uero ē qm̄ uili elongant̄ uersus nutrimētū & apphēdit̄ ab eis & retinet̄

tenaciter & postea eadē potentia uel natura que illos elongauerat contrahit eos quibus tandem nutrimentum ducitur ad partem nutribilem. Epar etiam quod reputatur carere ullis situatis in lō gum habet uenas in quibus latitant aliter non traheret a stoma/co ut omnes fatentur.

¶ Ad attractionem igitur concurrunt uis anime ut agens calor uero innatus(qui etiam iuuatur ab influente)& spiritus qui illi deseruiunt sunt instrumenta ut alibi patuit. Nutrimentum ue/ro est obiectum seu materia circa quam.& locus ad quem est membrum recipiens. Nisi etiam uie essent expedite prohibere/tur aditus alimento. In plantis tamen in quibus non sunt partes a deo distincte calor solis supplet debilem calorem illarum. Et hec de attractione uiuentiū. ¶ In illa uero que est a forma speci/fica quorundam inanimatorum oportet ut fiat per aliquam uirtutem impressam ab attrahente in trahibile: mediante medio impossibile est enim agere in distās nisi prius in propinquum il/la igitur qualitas prius recipitur in medio quam in trahibili. si tamen indisponeretur trahens patet quod non fieret attractio(ut aiunt)de magnete quando ungitur cum alleo.

¶ Secunda administrantium est retentiua: quia frustra trahere/tur cibus nisi retineretur quousq̄ possit digeri & hec iuuatur tū a siccitate complexionis membri ne cibus tractus defluat & ali/quali frigiditate eiusdem ne dissoluatur nimio calore. Concur/runt igitur ex parte agentis potētia anime calor aūt & siccitas ut instrumenta frigiditas uero per accidens.

¶ Verum quia nutrimentum in principio est dissimile. Si enim esset simile non fieret actio. quare cum in fine debeat esse simile. siue idem quod fieri non potest nisi ulterius digeratur: ideo ter/tia est digestiua. Vñ Aristoteles in. 4. metheo. inquit q̄ digestio est perfectio a naturali & proprio calido ex oppositis passiuis. Et licet uideatur ponere calorem loco efficientis solet tamen sepe declarare causas per qualitates actiuas & passiuas: sicut formas

elementorum per leuitatem & grauitatem quoniam iste sunt no/
bis notiores. Si enim calor esset efficiens principale digestio pos/
set esse infinita sicut combustio ignis approximato combustibi/
li. Est igitur instrumentum quod debet esse subordinatum poten
tie aie digerenti (que dr̄ digestiua) ut principali agenti q̄ ag in
humidum terminandum ab illo calore & cum possit fieri tribus
modis. ideo refert tres species digestionis. ℭ Prima est Pepansis
que dicitur reperiri proprie in seminibus que uocantur pepanna
hoc est digesta quādo ex illis potest generari aliud sicut est illud
cuius est semen que etiam potest accomodari humoribus & na/
scentiis. Et uniuersaliter illis in quibus humidum potest termi
nari a calore & cum naturalis actio fiat per cōtrarium igitur pe/
pansi opponitur Omothes que causatur a paucitate. seu dispro/
portione naturalis caloris ad humidum cum nō potest ab eo mi
sceri cum sicco. ℭ Secunda species est Epsesis que completur a
calore humido a quo etiā corrigitur spumositas aerea uel aquea
patet quando in stomaco digeritur cibus uel elixantur carnes in
olla. Et uniuersaliter que a calore humido fiunt maiora. aut mi/
nora. grossiora. uel subtiliora patiuntur Epsesim cui opponitur
Molinsis ut quando deficit caliditas humida uel est incommen
surata elixabili. ℭ Tertia est optesis que fit a caliditate sicca in
qua constringitur humidum interius ut in assatione cuius exte/
riora exsiccantur & isti opponitur Statensis in qua calidum sic/
cum est diminutum respectu assabilis. ℭ Quare cū calor sit pre
cipuum instrumentum digestionis: ideo Pepansis fit a calore s̄m
se sumpto Epsesis a calore cum humiditate. Optesis a calore cū
siccitate. Sed dicitur q̄ uictoria caloris super humidum. seu hu/
morem ostendit digestionem quia ipse agit immediatius. ℭ Ad
hanc igitur concurrunt tria. uidelicet potentia anime mediāte ca
lore naturali ut efficiens & membrum in quo & obiectum: puta
nutrimentum & omnium istarum potētiaꝝ p̄dictarum est unus
finis: uidelicet conseruatio indiuidui.

Cur inquit q pueri cū incipiunt coire expulso semine habēt odio illas cum quibus coierūt. ℂ An sedata cōcupiscentia recordantur q actus uenereus est turpis. Etas enī puerorū fert secum quandā uerecūdiā qua facile penitēt. An forsan odiū accidit ex instinctū nature quo tristātur ex eiectione seminis quo mēbra erant nutrienda & augenda.

Cur inquit q equitantes & textores & uniuersaliter agitātes crura plus ceteris cōcitantur. ℂ An ex isto motu manifestius supercalefiunt renes & uasa generationis. unde trahunt semen ad illa qđ cōcitat & cōtinuato motu interdum defluit spōte. La

bor etiam acuit & aperit uias per quas solet transire.

Cur oīum animaliū corpora utplurimū fetent cū incipiunt coire. ¶ An ut ait ex noua emissiōe seminis permutatur di spositio totius corporis qm̄ natura occupata ad preparādū & pducēdū illud nō uacat interea digestioni nec corrigit humores qui sepe destituti regimine nature corrumpuntur & fetent.

Cur hoīes in aqua impediūtur in coitu pisces uero nō coeūt nisi in illa. ¶ An ut inquit Arist. frigiditas que natura red/dit imobiles humores phibet trahere semen ad uasa. Verum & si aliquando impediantur non tamen prohibentur. Pisces uero natura frigidi cum habeāt meatus & poros latos sufficit eis solus contactus seu confricatio.

Cur coitus adeo intense delectat. ¶ An ut ait in causa est dispositio seminis quod est ualde temperatū subtile & plenū spiritibus, unde mēbra per que trāsit presertim angusta & neruosa quia sensibiliora sentientia pruritū delectantur. Nimiū tn̄ coeūtes longe minus quia semen indigestū non prurit, habēt etiā meatus latiores. Sed sane nisi natura inclinasset aīalia ad illud & associasset cū eo delectatiōnē & inclinationē perirēt forsan spēs: qm̄ ille actus uidetur continere in se turpitudinē.

Cur uentres supflue coeuntiū infrigidātur & exsiccāt. ¶ An ut inqt Arist. rapitur nutrimentū uertendū in substātiā corporis unde arescit. Euacuāt etiā spūs ualde calidi & cū impediaē digestio, iō cōtinuato usu extenuaē nō solū uēter sed totū corpus.

Cur quibus defluūt pili supciliorū & palpebrarū reputantur luxuriosi. ¶ An ut ait casus illorū nō est causa sed effectus luxurie. Si enim cōstant ex uapore fumoso sed consumpto humido in coitu non euaporat. Cadūt igitur instar foliorū in autūpno qm̄ non possunt nouo pabulo recreari.

Cur ex plurimo coitu dicūtur manifestius ledi anche & oculi. ¶ An & si forsan ex eo imediate ledātur uasa seminis cō patiuntur tn̄ membra que circūstāt puta renes. Hi uero a dextris

terminantur cum anchis & uenis chili seu emulgẽtibus. Oculi etiam licet distantiores leduntur tamen ex diminutione spirituũ animalium relinquentiũ cerebrũ frigidũ ex quo illi leduntur.

CVr inquit Aristo. ꝙ laborantes uarricibus que etiã ischie appellantur non pñt generare. ¶ An ut aiunt p istas intellexit sciaticã que cũ causetur ab humore uel uẽto qñ iste uel ille deflu uit ad cõcauitaté in qua uertebrũ ingredere schiã remollitur & si multiplicẽtur effluxus posset extrahi ex proprio situ & tunc impediẽ uel uiciatur semen quare & generatio. Verum & si uocent morbũ uaricũ sciaticã multi tamen possunt sicut sepe uidimus generare cũ uaricibus quare forsan non intellexit de ista. Nec loquitur de humore predicto sed de atra byli seu colera adusta que cũ sit ualde calida & mobilis ideo in uenis exuperat & indispo nit adeo sanguinẽ. ut non possit ex eo generari semẽ saltem prolificum. Nec mirum quia interdum causat diuersas egritudines & ulcera letalia.

CVr ait ꝙ dum homo tenetur desiderio mingendi non põt coire. ¶ An licet uia per quã transit semen sit diuersa ab illa urine quia tamẽ una situatur sub alia. ideo ex repletione unius põt alia angustari. Sed licet istud sit uerũ dum homo mingit actu non tamen quãdo desiderat mingere. Nam & si tunc coire sit forsan difficile nõ tñ a natura omnino prohibitum.

CVr dicitur ꝙ tẽpore estiuo mulieres plus cõcitanẽ ad rẽ ue nereã uiri uero magis in hyeme. ¶ An isti licet calidiores sepe tamẽ in estate calor & spũs in eis prosternũtur: qm̃ caliditas extrinseca potius resoluit subiectũ caloris q̃ coagat. In illis uero quia frigide & humide roboratur calor & obtunditur frigiditas unde uis gignitiua irritata calore fortius concitat.

CVr appetentes coire uerecundãtur id cõfiteri nõ autẽ comedere aut bibere uel dormire. ¶ An ut ait Arist. sine istis nõ uiuunt animalia nec ex eis causatur uerecũdia. Sine coitu autẽ & si non seruentur species uiuunt tamen indiuidua. sed quoniã per

ficitur cũ membris que ob uerecundiam conteguntur. ideo homines uerentur illud fateri.

CVr homines natura calidi robuste & bone habitudinis & multi nutrimenti cũ abstinent sepe diuersimode uexantur a colera & interdũ patiuntur fluxum uel fiunt icterici. ¶ An ut ait cum semine aliqñ expellitur aliquis humor corruptus seu aptus uerti in coleram causantem ictericiam. Cum uero non expellitur profert fumos corruptos qui augent coleram que cum ebullit si non ingreditur fel propulsa ad cutem facit ictericos & cum petit deorsum uentus profluuium. Generata uero potentia regitiua ꝓ iecto semine expeditius põt deuitare nocumenta predicta.

CVr inquit ꝙ delphini Balene uitulimarini & similia ualde fetent. ¶ An semen illorum excedit in humido aqueo qđ est aptum putrescere unde & causare fetorẽ. Meretrices etiam fetent quoniam semen in eis receptum raro retinetur quare extra custodiam nature putrescit & fetet.

CVr homines natura calidiores sunt magis luxuriosi. ¶ An in eis facilius digerit̃ pabulũ uertendũ in materiã seminis. Et quamuis Aristo. idem referat de melancolicis eo ꝙ ualde infestent̃ a uẽto. sed qñ nõ sufficit uẽtus sine calore iõ forsan ĩtellexit de colera nigra q̃ qñ nõ exuperat põt calefacere & mouere uẽtũ.

CVr quedã aĩalia coeũt solũ semel in anno. ¶ An pregnãtia hñt iam cõpletã intentionẽ nature. An forsan pabulũ non adeo habundat in illis ut sufficiat pluribus pro nutrimẽto & semine. An aliqua aĩalia coeunt tpe terminato ut in uere qñ tunc beneficio aeris roborata digestiua ponunt multum in semine. Mulieres uero & forsan eque tollerant omni tempore coitũ quoniã ad matrices ipsarum fluunt plures humiditates sanguinee causantes continuum pruritum.

CVr dicũt ꝙ mulieres uolẽtes expiri an sint fecũde ꝑmiscent crocũ cũ aq̃ rosaꝝ qua ungũt ãgulos oculoꝝ: & si die seq̃nti saliuia coloreť illa tinctura ꝓnosticanť fecũditatẽ. ¶ An si istđ

esset uerũ saliua forsan demõstrat q̃ uie seu meatus inferiores q terminant ad oculos sunt apti & mũdi quare & totũ corpus ex quo arguit possibilis ĩpregnatio sed puto q̃ expimentũ sit fallax.

Cur autẽ q̃ timor interdũ cogit effluere semẽ. ¶ An & si ex sui natura infrigidet exteriora calefacit tñ intrinsecus uñ semẽ supcalefactũ expellitur a uirtute mẽbrorũ. Et ea rõne cõtingit tũ ẽ idẽ aliqñ accidere de pxio morituro cũ icipit ĩfrigidari forsã natura ĩ isto cũ nõ põt expellere illd' qd' ẽ cã interitus pellit semẽ iã factũ inutile qd' facile relaxat a uirtute mẽbrorũ p q̃ trãsit.

Cur Porcus plus ceteris durat ĩ coitu. ¶ An ut ait renes istius circũdant multa pinguedine que retardat coitum. Nam & homines pingues utplurimũ tardius coeunt.

CA. IIII. DE ORTU ET NUTRIMENTO FETUS

Quoniã aũt ad cõpletũ sermonẽ de gñatiua op3 nõ ignorare q̃ qñ utrũq3 semẽ uiri & mulieris recipit ĩ matrice tũc os ipsius adeo claudit & se colligit sup illa ut uix ali qd eã ingredi possit. quare interea potẽtia seu uis gñans derelicta in semine patris s̃m multos mediãte actione spũs gignitiui/caloris naturalis/ & loci dispõit semina ordĩne quodã. (Calefacta. n. primo ĩtumescũt) & gñat quedã spumositas uaporosa ĩ quã agit illa potẽtia seu s̃m alios informatiua: hec. n. siue sit uirtus pdicta siue intelligẽtia aliq̃ puenies ab extrĩseco: siue sagacitas uel constans nature q in illo actu dirigit aliũde pducit tñ mirabiles effcũs. Cõtinuata igit actiõe ista uel illa diffundit suã uirtutẽ sup semĩa & mediãtibus pdictis facit uiã ex cẽtro ad circũferẽtiã & statim post. ex substãtia illorũ seminũ gñatur quedã pellis instar mẽbrane similis illi q̃ reperit in ouo nouiter nato. ista enim phibet ne spũs euolẽt neue partes seminũ separent & ne Embrio ledat a cõtactu matricis. Et deniq3 ut p eã totũ suspẽdat cũ duobus additamẽtis q̃ uocant cornua illius: Qui uero tenẽt q̃ predicta potius cõpleant a uirtutibus derelictis in semine puta uitali in minera cordis & aĩali in cerebro & naturali in epate nõ bene sentiũt: qm̃

iste sunt in seminibus solũ in potẽtia & reducẽde in actũ p aliud unde instrumentũ idoneũ in isto opere est spiritus gignitiuus qa est actu cũ semine & cõtinet illos tres i uirtute. & id siue teneatur q spũs predicti in eodẽ homine sint realiter distincti siue sit unus rantũ distinctus s̃m diuersa temperamẽta acquisita i diuersis mẽbris penes diuersa que est operaturus q̃m ultimus semper continet priorẽ. Operatio tñ gignitiui cessat genito corde saltem pro illa parte qua correspondebat uitali. Similiter completa generatione epatis opatur naturalis suo modo. Idem accidit de aiali quod est uerisimile q̃m etiam q̃n uegetariua exit in actum cessat opari informatiua qa unus effectus nõ põt pduci a pluribus cãis totalibus ❡ In spumositate igitur predicta seu potius in pte illius impulsa ad locum medium seminum informatiua pducit primo quandam uesiculam seu ampullulam ex qua debet fieri cor nõ. n. generanẽ prius spũs quia sine illo resoluerentẽ uel perirent. Et paulo post producũtur due alie: una a dextris que est maior/alia supius & ambe ramificantur & ligantur cum illa priori & ex dextra sit epar & ex superiore cerebrũ. istud cõstat ex pte seminis nõ plene decocta. Epar ex parte grossiori & cor ex subtiliori & puriori. Et licet dicãt q in isto tpe. Embrio nutriaẽ p pãniculum predictum cõtinuatum cum orificiis uenarum matricis in quibus est sanguis. Sed in tpe paruo forsan sufficeret superfluitas seminum. Verũq tñ statim post. spũs uentosus penetrat iterũ panniculum & accedẽs ad ptem exteriorem facit aliũ meatum ex quo generatur umbilicus p quẽ sanguis ex matrice est deferendus ad Embriõem p duas uenas paruas illius. Sed ante istum generaẽ secundus panniculus appellatus ab Arabis Abgas qui circũdat illas tres uesiculas que oĩa & si precedant generatiõem umbilici iste tñ prius cõpleẽ quia illa nõ põt nutriri nisi per istum. Panniculus aũt predictus est ualde subtilis ne ledat fetum quem circundat sed ut postea suscipiat sudores illius. ne ligamenta matricis remolliantẽ ab eo. Panniculus uero secundine est durior quoniam plura sustinet.

Tertius qui mediat inter istos duos uocat̃ ab illis biles in cuius
concauitatibus reseruatur urina fetus usq; ad partũ aliter lederet̃
ab eius acutie non enim mingit p uirgã quia meatus eius est stri/
ctus sed post partũ umbilicus ligatur cũ filo ideo cogit̃ mingere
per illã. Natura autẽ nõ fecit uas in quo reciperentur feces. qñ
in utero nutritur sanguine a quo non deciditur nisi sola humidi/
tas sudoris uel urine. Nec obstat quia extra uterũ qñ nutrit̃ lacte
egerat quia istud ratione partis casealis est grossius sanguine qui
etiam qñ digeritur in mamillis ingrossatur. Embrio namq; nutri
tur ex una parte puriori sanguinis menstrui. Secunda uero p du
as uenas ipsius defertur ad mamillas & uertitur in lac. Sed tertia
que est quedam superfluitas inutilis remãet in uenis matris usq;
ad partum extra enim illas putresceret & posset fetum corrumpe
re uel multitudine ledere nam & ratione istius partis uiciate pre/
gnantes appetunt carbones & pulueres & alia inimica nature un
de in partu incipiunt exire cum aliis humiditatibus & interdum
cum sudore. Completo umbilico sanguis diffunditur ex matri/
ce ad secundinam & in umbilicum & procedẽte tempore ex isto
in uenas & arterias magnas que iacent sub uena chili in dorso fe
tus & ligantur circa uesicã & nõ aperiunt̃ usq; ad finem uite. Sed
de ortu istarũ Medici diuersimode loquuntur. Quidam enim
tenent q ex matrice penetrent per secundinã ad umbilicũ & cõti/
nuentur cum epate fetus: sed quoniam omnia membra & partes
ipsorum crescunt isto crescente ideo peritiores tenent quod oriã
tur ex epate fetus in quo etiam apparent maiora orificia & elon/
gate dispartiunt̃ fm q exigit cõpago corporis. Nam & licet em
brio per certũ tempus sumat alimẽtũ ab illis duabus uenis matri
cis postq̃ tñ est cõpletus & si adhuc nutriat̃ p umbilicũ & non p
os suscipit tamẽ alimentũ operatione sui epatis qñ uene orte ab
isto seu capita ipsarũ terminata ad secundinã & umbilicũ sumũt
ex se sanguinẽ ad nutriẽdũ. Sed credit̃ q sumat a uenis seu ab ori
ficiis uenatum matricis & deffetatur per istas, quia antequã esset

completũ epar Embrio nutriebat̃ ab eis. Si enim (ut aiũt) ille due parue orte a matrice ex quibus dicunt fieri unam magnam solũ terminaret̃ cũ epate fetus & nõ oriretur ab eo. tũc in essent ei p accidẽs qa ab extrinseco & si remanerẽt in illo matrix posset ledi. & cũ aiũt ꝙ sicut cotilidones ꝓcedũt ex arbore & non ex fructibus pariter uene ex matrice p quas nutrit̃ embrio: nõ est simile qa in arbore est tota uirtus informatiua fructuũ & sexus in plãtis sũt p mixti. Sed uirtus informatiua aĩaliũ est in semine & nõ in matrice ideo q̃ informat fetũ informat potius reliqua. Arist. tñ uoluit ꝙ haberet ortũ a corde qa istud eget sanguine ante epar. Sed quicquid sit uene pulsatiles ẜm oẽs oriũtur ab isto & uadũt unite ad secundinã & ad quasdã uenas matricis q̃ ẽt pulsãt & sugũt ab orificiis illarũ sanguinẽ subtilẽ quo nutriunt̃ mẽbra spũalia. idẽ iudiciũ est de arteriis & uenis q̃ & si reputẽtur oriri ex corde: ẜm aliquos tñ nerui saltẽ motiui manifeste ꝓcedũt ex nuca capitis uel forsan manifestant̃ nisi dicat̃ ꝙ cõtinuãtur cũ ea. Et qdã rami ipsorũ cũ aliis sensibus. Oculi aũt pforant̃ & implent̃ humiditate pura & coopiunt̃. & os & nares eleuãtur in carnẽ nõ statĩ sed successiue. uene ẽt quiete siue oriant̃ ab epate siue a corde dispartiuntur tñ p totũ corpus ut aiũt ꝙ dispões germinũ recipiũt impressiones ẜm exigẽtiã fetus. ¶ Et cũ q̃rit̃. An cerebrũ generet̃ prius aliis mẽbris eo ꝙ prius appareat in ouo galline. uel an prius cor uel epar: tenetur quod cor / quia uita precedit nutritionẽ & sensũ qm̃ ista non fiunt nisi constante uita & epar prius capite quia nutritio precedit sentire.

CA. IIII. DE CAVSA DISTINCTIONIS SEXVVM

Quedã aũt mulieres frequẽtius pariũt masculos qa cõplexio seminis uiri calidior se diffundit & ꝓoccupat alias & inserit suã in femininibus. Et alii tribuũt istud potentie dextri testiculi uiri. Et alii dextre parti matricis q̃ sua caliditate magis digerit materiã ex q̃ cõstat masculus. sed ẽ difficile qa fetus sepe assimilat̃ mr̃i: dicit̃ qđ istđ accidit qñ informatiua fecit ꝑus

lineationes distinguẽtes sexus postea impedita cõuertit se potius ad figurã femine qa forsan circa istã minus laborat cuius etiam imaginatio pôt reliquere suã similitudinẽ in filio. Est.n.propriũ mulieris roborare seu relinquere suam similitudinẽ in substantia seminũ presertim qa ipsa habet plures causas delectationis tũ ex protectione proprii seminis.tũ ex receptione illius uiri.tũ ex maiori desiderio recipiendi.uidimus.n.multas ex caliditate intensa matricũ incurrisse egritudines insanabiles.Et quidã tribuunt diuersas similitudines natorũ signo ascendente in orizonte hora natiuitatis seu planete qui est dñs ascẽdentis illius quod si esset uerũ qñ ascenderet aliquod signũ fetale puta tauri uel leonis natus assimilaret ei.Nec stature magne uel parue pñt tribui istis qm̃ expiẽtia docet ꝙ breuitas corporis causatur.qñ materia seminũ est pauca.uel nutrimentũ illorũ est diminutũ uel locus matricis est angustus.& ex causis oppositis sunt longiores: Concipiunẽ ẽt gemini fetus qñ semẽ est adeo copiosum ut replere possit dextrũ & sinistrũ uentriculũ matricis uel ſm alios qñ ista fugit prius unã ptẽ ꝗ aliã.non enim recipit totũ unica receptiõe sed tribus uel quatuor.ut patet in diuersis tintillatiõibus.Siue igitur istud accidat ex diuerso situ matricis.siue ex natura que nõ est potens expellere totũ simul uel utrũqꝫ.ſm istos tñ totidẽ pñt generari fetus quot fẽtiuntur tintillatiões.Sed est dubiũ qm̃ si eicitur per partẽ cũ motus quo expellit̃ pars secũda.uel saltẽ tertia. fit debilior & forsan diminuta respectu prioris.ideo fetus nõ essẽt equales nec similes cuius cõtrariũ patet.quare alii concedũt superipregnationes cũ pluribus seminibus in diuersis horis.Sed istud est minus uerisimile quoniam matrix clauditur recepto primo & informatiua operatur naturaliter super illa & si distraheretur ab opere potius negligeret utrunqꝫ uel nulla fieret conceptio uel secunda cogeret fluere semen prioris uel saltem nulla posset assignari causa natorum similitudinis.Pro priori uero opinione est experiẽtia uidemus enĩ ꝙ homo diminutus corpore generat cõpletũ & ecõ

tra. unde nisi uirtus gignitiua feminis esset in qualibet parte ipsi/us etiã separata ex uno non possent generari plura animalia. Nec debilitas motus in expellẽdo partẽ post partem diminuit uirtutẽ que est in feminibus: quoniã istam separationẽ facit natura pro/pter maiorẽ cõmoditatẽ. Diminutiões aũt & mõstruositates cau santur uicio feminũ in qualitate uel q̃titate uel impedimẽto infor matiue uel (ut aiũt) ex aspectibus astrorũ se inuicẽ impedientibus.

CA. V. DE DISTINCTIONE TEMPORVM VSQ. VE AD PARTVM.

Epilogantes tempora dicũt q̃ in primis sex uel septẽ die/bus figuranẽ principalia mẽbra. & in tribus uel quinq̃ alis qui sunt nouẽ ad minus uel duodecim ad plus in/formatiua incipit lineare membra. Et in sex aliis uel octo ad plus sanguis matricis penetrat Embrionẽ & sunt in totũ quindecim ad minus & uiginti uel circa ad plus. Et in aliis duodecim uel quindecim humiditas sanguinis tracta ad fetũ uertitur in carnẽ & membra principalia apparent distincta & sunt in totũ uiginti septem ad minus uel trigintaquinq̃ ad plus. Et postea in aliis oc to ad minus uel decẽ ad plus fetus est formatus & caput separaẽ ab humeris & extremitates a lateribus & tybie & brachia ad in/uicem & sunt trigintaquinq̃ ad minus & quadragintaquinq̃ ad plus. Sed ista tempora possunt retardari & accelerari ex indispo/sitione feminis uel ex debilitate informatiue presertim quia mem bra generatiua complentur posterius puta testiculi quia non sũt tunc necessarii.

CA. VI. DE TEMPORIBVS IN QVIBVS FIVNT PARTVS.

Vidam autem distinguunt tria tempora unum in quo concipitur fetus puta trigintaquinq̃ dierum secundum unum terminum. Aliud in quo sentit & mouetur nutriẽ & exspirat p os & istd' est duplũ illius primi ad minus uidelicet septuaginta qui iuncti cũ illis trigintaquinq̃ sunt in totũ centũ

& quinq; dies cōstituētes tres mēses cū dimidio hii duplicati fūt ducēti & decē ex qbus resultāt septē menses. sed qñ tempus cōce/ptionis differt̄ ad quadragintaquinq; dies & illud formatiōis seu sensus & motus qđ est duplū ad nonaginta quibus unitis cū quadragintaquinq; resultant centū & trigintaquinq; facientes quatuor menses cū dimidio qui simul cōstituūt ducētos & septuagi/ta dies. & sunt in totū nouē mēses ultra quos in regionibus Italie nō uidimus differri partus qcquid dicatur ab aliis. Quidā uero tenēt q̄ tempus cōceptiōis non extēdatur ultra quadraginta di/es. unde & formatiōis octuaginta qui simul iuncti sunt centum uiginti hii duplicati sunt ducenti quadraginta constituentes octo menses post quos ꝑm istos mulier secure parit. Cognoscitur autē tempus formationis esse completum qñ fetus incipit moueri & mater sentit leuitatem. Et quia tunc subleuātur spiritus prius oc/cupati. ideo cessant appetitus corrupti/nausee/& uomitus.

De tempore uero in quo intellectiua infundit̄ in corpus di/citur q̄ statim completis organis. Et licet creetur a deo cu/ius uoluntas nō habet causam ante se. creditur tñ q̄ nō sinat materiā preparatā remanere ꝑ tēpus sine forma. secus de uegetatiua & sensitiua q̄ educunt̄ ex materia. Astrologi uero asserūt itellectiuā ꝑduci post quartū mensem feru iam formato.

CA. VII. DE RETARDANTIBUS PARTVM.

Quamuis autem cetera animalia habeāt unum tempus generatiōis terminatum homo tñ habet multa. Cumq; etiā mulieres sepe decipiātur circa tempus cōceptionis presertī quia post istam aliqñ fluunt menstrua. acceleratur tamen ꝑtus qñ fetus adeo creuit ut nō sufficiat ei nutrimētū matricis nec aer inspiratus ad euētādū cor. tūc. n. instinctu nature qrit & nutriri aliūde & maiꝰ spaciū ad exspirādū/ & ecōtra differt̄ qñ sufficit illi paucū nutrimentū qa tardius cōplet̄ usquequo enim non est factus grauis & ponderosus raro scinduntur paniculi suspēdētes

illum. Sed q̃ etiam caliditas fetus acceleret partum patet quia na ti in septimo ut plurimum sunt masculi. sed differtur ad nonũ q̃d est tẽpus ei p̃fixũ & cõnaturale. In octauo. n. nõ parit nisi ex ali qua indispositione matricis uel celi ut aiũt q̃ in isto redit ad satur nũ frigidũ & siccũ cõtrariũ uite. Et alii dicunt q̃ in causa est de bil tas fetus contracta ex prohibitione exitus in septimo: nam & in Ægypto natus in octauo uiuit quia mulieres sunt ibi robustio res. Sed non constat an natura tentauerit exitum in septimo. Si ẽt robur preberet hanc securitatem, aliqua robustior alicubi iam pe perisset secure in octauo. Nec etiã est uerisimile q̃ partus proroge tur ultra nonum quoniam interea posset adeo crescere, ut nõ pa teret ei aditus. Ista enim tempora & sta nobis reputẽtur uaria in se tñ sunt forsan terminata q̃ñ natura non operatur a casu.

CIRCA GENERATIONEM.

Cur & si fetus in utero sustinet se super suos pedes sepius tã men prius exit caput. ¶ An istud & humeri & partes supe riores quia magis graues faciunt conuersionem. Si enim exirent prius pedes esset periculosum: & deterius quando brachiũ quod solet potius remitti.

Cur si mulier parit simul masculum & feminam hec raro su peruiuit. ¶ An est debilior illo. de quo etiam natura ha bet maiorem custodiam.

Cur inquit q̃ canes oues sues &c. interdũ generant mõstrũ homo uero equus camelus & elephas raro. ¶ An matrices illorum habent plures cõcauitates quarum unaqueq̃ trahit plus uel minus de semine cuius defectus uel habũdãtia causat mõstrũ hec cũ figura supflua ille cũ diminuta, ut aiũt q̃ q̃ñ ouũ galline habet duos uitellos nõ põt natura unũ ab alio separare. Seu po tius q̃ñ pellicula que distinguit uitellũ ab albumine frangit cõsũ ditur figura requisita. idem potest accidere in illarũ matricibus.

Cur Gatti uulpes Ericii & quedam alia pariunt in uno duo bus uel tribus mẽsibus: Alia nõ nisi post undecimũ ut eq̃.

alia post decimũ octauũ uel trigesimũsextum ut Elephas qui etiã solum post uigesimũ annum incipit coire alia in septem uel no/uem mensibus ut homo. An sm Aristo. animalia longioris uite & magnorum corporum retardant partum nam & dum uiuunt longiori tempore augentur unde terminus natiuitatis proportio natur termino augmenti. An cum ista diutius uiuant non opor/tet ut multiplicentur tot indiuidua sub illorum specie. minus ue ro perfecta cum parum uiuant citius & plures pariunt uno par/tu ne pereant species ipsorum.

CVr equus & asinus licet sint tardi partus non tamen diu ui/uunt. ¶ An retardatio partus (que potius accidit ex magni tudine molis non potentis cito preparari ad exitũ) nõ est ad finẽ prorogandi uitam sed ex duritie & asperitate matricum nisi enĩ uterus esset durus non posset ferre pondus illius. An permanent diu in uentre ut possint post partum cõtinere se super suos pedes & cõmodius agere ad que ordinantur. & deniq̃ cũ uescuntur nu trimento duro & grosso & cõplexio distẽpata iõ minus uiuunt.

CVr quidam ex arabibus putarunt q̄ animalia perfecta pos/sent absq̃ permixtione maris & femine generari. ¶ An for/san crediderũt unũquodq̃ animal per diluuiũ preteritũ fuisse ex/tinctum quare mundũ restaurari non posse nisi equiuoce seu no ua putredine. Sed non habuerunt cognitionem quomodo in di/luuio fuerunt reseruata animalia omniũ specierũ saltem perfecta/rum. An forsan cum crediderint formas substantiales dari a col/codea quare posse produci sine semine. Et propterea dicebãt ma trices non esse necessarias nisi per accidens. Sed sane sine semine recepto in eis nec tunc nec nunc nec unq̃ fuerunt uisa animalia perfecta generari. destruunt etiam generationem uniuocam tribu entes totam actionem causis uniuersalibus.

CVr aliqua aĩalia generantur sine collo. ¶ An ut ait Aristo. carent etiam pulmone cui illud deseruit unde nõ egẽt euen tari. Pisces etiam sine illo cõmodius diuidunt aquam.

Cur aiũt ꝙ habentes in uola manus quatuor lineas protensas per totã palmã diutius uiuunt. ℂ An forsan ordo illarũ ostendit quatuor mẽbra principalia seu ipsorum organa esse insitu & ordine bene composita que uitam arguunt longiorem.

Cur tempore pluuie generanẽ interdũ uermes & alicubi parue rane. ℂ An calidum reclusum in nube cũ euaporat ducit secum humidum subtile & dulce & cũ permiscetur cum eo aliquid de terreo tenui uiscoso tunc calidum reclusum interius mouetur motu pulsatiuo ad quem sequitur generatio spũs. & uirtute stellarũ additur sensus & fit animal siue istud compleaẽ post descensum siue antea. Sed est paruum quia constat ex pauca materia & nõ durũ quia cõtinet multũ de aqua. Nascitur enim tempore pluuie uel nubiũ uel de nocte. ut patet de quibusdam limaciis paruis super spinis. Et quidã uermiculi generãtur in uasis repletis aqua pluuiali qui tñ moriunẽ qñ aqua fit clara qa nõ põt nutriri ex ista. Hec tñ fiunt potius in uere & estate accedente sole a quo tunc aĩalia & plante uidentur manifestius renouari.

Cur inquit Aristo. ꝙ natos ex semine nostro appellamus nostros non autem ex aliis partibus corporis. ℂ An si semen deciditur ab uniuersa substãtia. filius autem est similitudo totius alia autem que possũt separari sunt excrementa que expellũtur ueluti grauantia naturã. Ex partibus uero integralibus non põt aliqd simile produci quia separate tendunt in corruptiõem.

Cur ait ꝙ homo inter alia potius nascitur claudus. ℂ An pẽdes & crura multorum sunt duriora nec nerui & corde in eis facile remolliunẽ homo uero quia habet membra a principio tenerrima & cũ diuersis motibus mutetur in matrice ideo de facili pedes & tibie illius contorquentur; Et non solum situs permanendi in utero sed etiam discrimina que põt accidere in partu sũt causa remoliendi ligamenta. isti tamen facilius curantur tũ quia complexio temperatior est citius apta reduci tum beneficio artis quoniam iacendo commodius sanantur.

Cur in locis in quibus flant austri genetantur plures femine q̃ masculi. ℭ An auster multiplicat humiditatem ex qua informatiua producit potius feminam quia illa est materia proportionata sue nature.

Cur oues capre Boues & multa animalia magis assimilãtur genitoribus q̃ filius hominis patri. ℭ An ut ait parẽtes istorum plus ceteris animalibus mouentur diuersis affectibus ex quibus semina indisponuntur & tollitur similitudo. Signum est q̃ nati ex adulterio utplurimũ sunt uiles quia cõmittitur cũ timore Cum etiã homo indigeat maiori distinctiõe organorum & partiũ corporis q̃m longe plura debet opari. ideo difficile est in tot assimilari. aliis uero longe minora sufficiunt.

TRAC. VI.

CA. I. DE PVTRESCIBILIBVS ET CORRVPTILIBVS.

Putrefactio autẽ que dicitur esse corruptio naturalis caloris in unoquoq; humido ex oppositis passiuis non opponitur solũ generationi sed etiam digestiõi: nam & si quelibet qualitas prima sit productiua sui similis quãdo tamẽ actiue dominatur super passiuas fit potius generatio digestio &c. Sed qñ iste due uincunt illas priores succedit corruptio uel putrefactio aut indigestio. Et licet ad omnia ista cõcurrat motus localis quo actiua approximant passiuis & alterationis qui precedit dissolutionem uel assimilatiõe rei corrũpende uel generande in putrefactione tñ principalis motus est a calore extraneo a quo naturalis impeditur regulare & paulatim subtiliare suũ humidũ: Cõcurrit adhuc alius motus exhalationis quo humidũ educitur ad exteriora seu ad superficiẽ. ultima tamen mutatio qua putrefactũ seu putrescibile dissoluiẽ est corruptio cõpleta patet quia tunc reperitur infrigidatũ exsiccatũ & mutatũ in colore sapore & modo essendi substantie. Aristo. uero uocat omnẽ corruptionem ab extrinseco extinctionẽ & ab intrinseco marcedinem. Sed quoniam

putrefactio est uia in putredinē ideo adhuc particularius referemus aliqua que sunt causa istius.

Cur inquit Ipocrates q̃ si hyeme uēti preualent boreales & in uere australes & pluuiosi in estate proxima generantur febres & egritudines oculorū. An humiditas naturalis hyemis intrinsecus a frigiditate boree retenta & ab humiditate ueris sup aucta facillime a calore estatis putrescit febris uero a putredine causatur. Sed qñ uapores humorū putrefactorū delati ad caput pelluntur ad oculos pñt facere obtalmiā & alias egritudines. ecōtra qñ hyems ex flatu austri precessit humidior solito & uer siccum & boreale. tunc enim dicunt q̃ in estate proxima pregnātes patiūtur aborsus & masculi febres de colera. qm̃ humiditas hyemis & caliditas austri relaxant uires corporeas que solent illis tēporibus potius roborari. Boree namq; succedentes in uere restrīgunt humores qui cū nō possint a natura debili expelli ex sua tñ actione & auxilio caloris estatis subtiliantur & calefiunt. Si tunc uersi in coleram faciunt febres proportionatas tempori & humori qui tandē cum multiplicantur in corporibus pregnātibus delati ad matrices eorum procurant aborsus.

Cur dicūt si in estate dominētur Borree & autūpnus ex flatu austri fuerit humidus sepe in hyeme succedūt dolores capitis raucedines uocis tusses tyses consumptiones uel apostemata. An frigiditas boree detinet humores qui solēt illo tempore exhalare uel resolui quare accedente humiditate & caliditate austri in autūpno preter naturam temporis humescunt & proferunt uapores qui cum petunt caput in principio grauāt & cum penetrant uelamina cerebri causant dolores secundum diuersitatem humoris. delati uero ad arteriam exasperant quare uoces proferūtur rauce. Si ad pulmonem thysim uel tusses cum uero remanent indurati generant apostemata.

Absq; dubio tñ qñ post estatē siccam flant boree in autūpno corpora mulierum & laborātium egritudine humida potius cō

ualescunt quia siccitas temporũ & uentorũ est opposita excessui & putredinibus humiditatum quibus cõmittuntur egritudines. q̃re sicut corpa/calida/aucta caliditate/plus laborãt pariter distẽ perata per frigidum curant̃ per calidum / & humida p siccum.

Cur si post hyemẽ borealẽ & uer austrinũ & pluuiosum successerit estas sicca in autũpno sequenti causantur febres/ dolores intestinorũ dissinterie/& egritudines quibus senes/ifirmi & pueri plus ceteris molestantur. ℭ An licet corpora soleant plus solito egrotare in ortu & occasu quarũdam stellarum & i tempo rum mutationibus.multiplicata tamen humiditate in uere & ad dita illi que a borea fuit retenta in hyeme faciliter in estate putrescunt/presertim in corporibus natura humidis unde causant febres. Et cum humor humidus non potest excoqui a calore senũ & infirmorum sepe moriũtur.licet et calor puerorũ sit multus qa tamen detinetur oppressus a multa humiditate etatis ideo ipsi etiã subiciũtur huic discrimini. Et nedum possunt causari febres. sed quando natura pelleret humores ad intestina facere fluxus & qñ sunt acuti dissinterias.

Cur aiunt q flante fauonio circa finẽ autũpni moriuntur laborãtes egritudie longa. ℭ An & si forsan iste uẽtus soleat fouere corpora sana cũ tñ sit frigidus ideo que diu laborauerunt leduntur ab eo. deficit enim illis calor qui a frigiditate que auge tur in fine autũpni de facili extinguitur.

Cur aiunt q corpa magis infestant̃ mutatione autũpni & ueris q̃ ceteris anni partibus. ℭ An autũpnus grauior per frigiditatem & siccitatem. uer autem calidum & humidum per superantiam istarum qualitatũ sepe cogunt corpora egrotare. lapsus tamen ueris facilius reducuntur propter similitudinem naturẽ animalium cum eo.

Cur dicunt q post utrunq solsticium per centum dierũ uel circa spaciũ lõge plus q̃ alio tempore anni hoĩes moriunt̃. ℭ An licet quelibet mutatio tẽporũ soleat perturbare corpora &

cómittere egritudines manifestius tamen post solsticia. qm̄ in eis & magis in tempore intermedio exacuūtur prime qualitates pu ta frigiditas in hyemali per se distēperat quia inimica nature & per accidens exacuit calorē & distrahit uires regitiuas corporis. Similiter caliditas ī estiuali relaxat uires & relinquit corpora ma gis debilia ad que sepe sequuntur egritudines mortales.

CVr & si hyeme homines rarius infirmenť interdū tñ egritu dines in ea sunt magis mortifere. ℂ An licet tunc corpora fiant magis robusta: quia calor interior a frigiditate temporis ui/ goratur & ꝑpterea nō possint nisi a forti causa infirmari cū tamē contingit ut humor in illis putrescat quia tunc frigiditas tempo ris non permittit illū expirare longe plus nocet.

CVr hominū egestiones ut plurimum sunt molles aliorū ue ro potius sicce. ℂ An ut aiunt illi nutriūtur humidioribus Ista uero siccioribus & longe plus exercenť. unde & ille hominū magis fetent.

CVr rigores & typi molestant magis egrotantes in estate q̄ in hyeme. ℂ An illi causantur qn̄ humor putridus pelliť ex/ tra uenas. cū enim tunc trāseat per neruos & musculos sensibiles ideo uires anime retrahunť ad quod sequitur rigor. Sed quia in estate humor est magis acutus & intensius mordet. ideo calor & spiritus citius retrahuntur quare membra remanent frigida pri/ uatiue. Nocumenta enim positiua causantur potius ex transitu humoris frigidi.

CVr inquit ꝙ habitantes loca ualde humida sepe laborāt pre focatione seu asmate. ℂ An aer in illis grossior attractus po test angustare meatus pulmonis & inuiscari in eo & prohibendo motum etiam suffocare.

CVr aiunt ꝙ assueti malo regimini cum mutāt locū & si tūc sobrie uiuant frequenter tamen egrotant. ℂ An ante muta/ tionem natura forsan magis uacabat circa custodiam corporis. Mutatio etiam sepe perturbat & contristat uires anime & spiri/

tus.unde cibus deterius digeritur quod ad egritudinem preparat An forsan superfluitates que tempore praui regiminis latitabant in foraminibus occultis uel quiescebant in stomacho & uetre. tépore boni, in alio aere cõmiscentur cum sanguine. labor enim itineris aliquando trahit humores ad uenas qui cum putrescunt cogunt egrorare.

Cur inquit ꝙ in locis euétabilibus homines tardius senescũt ¶ An illa spirant & respirant aerem puriorē in quo etiā salubrius mouentur & roborat̄ in eis digestio que omnia retardāt putredinē:unde loca calida sunt saniora;qñ possunt illam resoluere. Pisces uero & si cito crescant ratione humiditatis sunt tamē breuioris uite qa est putrescibilis nec potest a pauco calore resolui. Sed non infirmantur nisi tempore mortis quia non alterātur ab aere nec a sole. In locis autem frigidis senes citius moriuntur quia minus resistunt frigori. Sed ꝙ in ualde siccis pereant animalia patet quia aues instinctu nature petūt aerem qui est primū humidorum uita uero per calidum & humidum consistit.

Cur uidentes incidere secare uel uri aliquod membrū aīalis uel hominis uel aliquē in magno discrimine ut plurimū cōpatiuntur uel condolent. ¶ An homo cum omnibus participat para sensu & motū cum animalibus. Cum plantis uero uita. cum mixtis permanentia. Si igitur ab omnibus aliquid capit secundū illud saltem condolet patienti maior tamen est compassio quando cōmunicat in specie & forsan maior de coniuncto sanguine uel affinitate respectu extranei & de bono q̄ de malo & de se q̄ de alio. Ex membris igitur incisis adustis uel excoriatis defluūt quidam fumi uel istorum species qui delati ad sensus & organa aspicientium recepti ut disconuenientes causant tristiciam.

Cur corpora mortuorum sunt grauiora. ¶ An exhalatis spiritibus & uaporibus subtilibus aptis sursum ferri quia prius contra operabantur grauitari. ideo que remanent sunt de natura terre & aque. anima deniq; que regit corpus uidet̄ ei prestare

quandam subleuationem.nam & sepe dicunt ꝙ corpora uiuacio ra minus ponderant respectu torpentium.

Vr aiunt ꝙ soli homines feriũt lapides in uesicis. ℭ An hu mores quibus solent generari in aliis uertuntur in ungues & cornua.habent etiam neruos uritides euntes ad uesicam ualde duros per quos non transeunt humiditates uiscose que sunt mate ria lapidũ & ratione strictura pororũ multi putant ꝙ femine mi nus q̃ masculi eo morbo laborẽt.Sed generantur i porcis quia re nes & uesice & meatus sunt similes illis hominum.

Vr dicitur ꝙ putrefacta non p̃nt iuuari ab aliquo calore. ℭ An istud accidit q̃n alteratio rei apte putrescere proces sit ad terminũ ut humidũ intrinsecũ nullam habeat proportionẽ ad priorẽ formã secus q̃n alteratio non processit multum patet i uino quod incepit esse acetũ & postea recuperat saporem.

Vr putrescentia apparent exterius humida. ℭ An calor na turalis non potest tunc retinere humidum : sed cum exha lat prospicitur instar sudoris diminuti.non enim statim exit ex tra corpus quia humiditas naturalis uiscosa non est apta cito uer ti in fumum.

Vr dicunt ꝙ ex oleribus fructibus lacticiniis leguminibus & ceteris humidis solent uermes in uentribus aialiũ genera ri. ℭ An & si possint g̃nari ex fecib⁹ potius tñ ex flegmate putre facto fructus uero & lacticinia & alia apta cito corrũpi multipli cãt eũ hũorẽ ex cuius copia uermes īueniũt̃ in pueris & infirmis & q̃uis nõ g̃nentur ex colera q̃a amara nec ex melancolia adusta q̃a aduersa tẽperiei uite nec ex naturali q̃a frigida & sicca q̃n tñ cũ flegmate associatur calor colere uel etiã portio ipsius tunc qui generanẽ sunt longiores & isti interdũ ex ui caloris uel appetitu nutrimenti ascendunt stomachum & inducũt dolores intensos.

Vr corpora magis putrescũt tempore calido quã frigido. ℭ An in isto caliditas aeris non sufficit educere humidũ na turale.obstat enim illi qualitas tẽporis qui claudit poros. secus i

estate quia aperiuntur. Putrefactio uero sine eductiõe humidi naturalis & extraneatione caloris innati causati nõ potest secus de putrefactione causata ex congelatione.

CVr aiunt φ corpora magna tardius putrescunt. ¶ An si esser uerum posset accidere qñ in illis reperiret̃ maior & magis robusta caliditas resistens calori extrinseco. parua enim sicut diuisa minus resistunt.

CVr inquit φ putrefacta uertuntur in terrã cinerẽ & fumum. ¶ An sumpsit illã pro corruptione simplici. calor enim extraneus cogit partes subtiles humidi naturalis exhalare instar uaporis & fumi. reliquas uero desiccando reducit ad formã terre & continuata actione illius uertit in cineres.

CVr interdũ ex cadaueribus uel aliis putrefactis generantur animalia parua. ¶ An ut aiunt cum in partibus dissolutis remansit aliqua humiditas proportionata alicui generatiõi si eõtingat ut in illã uel illas qñ sunt plures agat calor illius mixti uel impressus in eo media uirtute syderum producit unum uel plura animalia qñ materia est in pluribus foraminibus. Sed sunt similia qm̃ ex eodẽ calore intrinseco uel extrinseco. & ex simili humiditate. Possunt tñ esse longiora tum ex copia materie tum caloris patet quia pars que magis aspicitur a sole ꝑtendit animal. uniuersaliter tñ ex materia idonea & proportionata agenti & calori producitur cum figura quam exigit ꝓpria species & natura. Sed accidit φ quedã parua producuntur cum aliis qñ in illa humiditate reperitur aliqua portio aerea & subtilis. hec igit̃ imperfecta generantur equiuoce sicut etiam producuntur olera & herbe tenerrime non autem arbores solide.

CVr dicunt φ Sal Aloe myrrha & balsamũ preseruant a putredinibus. ¶ An calor istorum trium educit foras humidum putrescibile. unde intrinseca remanent siccio ra non apta putrescere. Sal uero potius corrodit partes putrescibiles & humidas quando permiscetur cum eis.

Cur solus homo infirmatur morphea. Vtrum ut inqt Arist. solus canescit. morphea aũt & canicies ex similibus causis accidũt. ¶ An habet cutẽ ualde subtilẽ per quã humiditas uento sa que habundat in illo potest facile penetrare & ex longe pluribus causis digestio illius impediri. Sed aiunt ꝙ scabies inficit p modũ lepre quia uapores qui eleuantur ab humiditate corrupta scabiei sicut & lepre est uiscosa ideo adheret. Et qm̃ sepe cũ ea est permixta falsedo ideo prurit & quãdo associatur cum fumo adu sto ulcerat pellem.

Cur pueri & mulieres minus laborãt morphea. ¶ An puerorum natura calida & humida propinqua origini facile pellit humorẽ noxiũ seu adustũ uel nõ sinit illũ multiplicare. feminę etiam eximuntur qm̃ purgantᷓ quolibet mense qñ tamen sunt confecte senio sicut habentes corpora rara interdũ incurrũt illam. cũ enim humor corruptus prohibetur expelli per loca deputata pellitur sepe ad cutem.

Cur aiunt ꝙ fructus carnes & multa alia cũ reponuntᷓ in utribus inflatis & adeo clausis ꝙ aer non possit ingredi non facile putrescunt. ¶ An & si quies possit sepe multiplicare putredines reclusa tñ. sicut & sub terra recondita minus putrescũt qa humiditas intrinseca nõ ita exalat nec ab aere extrinseco molestantᷓ.

Cur reliquę partes corporis quorũdã aĩalium abscisso capite mouẽtur per tempus. ¶ An ut aiũt peripatetici in illis mẽbris remansit aliquid proportionabile cordi istud autẽ ultimo deficit. an & si spiritus motiui oriãtur immediate a capite (qcqd alii dicant) in quo etiam sunt musculi & nerui per quos defertur uis motiua ad alia mẽbra non tamen inconuenit ut ista mouean tur adhuc per tempus non ex se sed ex uirtute derelicta in eis antequã caput absciderẽtur. Signum sunt quedam partes corporis anulosorum que separate mouentur post abscisionem. sed motus parum durat quia uis motiua capitis non continuatur amplius cum illis.

LIBER. II.

TRAC. I.

CA. I. DE VIRIBVS SENSITIVIS.

REtulimus breui sermone aliqua de aīa & uiribus uegetā tiuis qa istaꝝ opatiōes ꝑcedūt alias origīe & natura. nūc de sensitiuis ut habeat̄ plenior noticia illoꝝ de qbus agere intēdimus. iste autē differūt a motiuis qa licet ambe sint uires eiusdē anime ille tamē inq̄tū recipiūt sensibilia sunt quodāmodo passiue quia alterantur ab obiectis hee uero actiue qa mouere est actio entis in actu. ille ēt in opādo utunt̄ spiritibus subtilioribus.

¶ Sensitiue igitur quomodo ordinent̄ & inuicē differant nō solum patet in diuersis. sed etiam in uno & eodē animali qm̄ nulla exteriorū cognoscit suum actū. istud enim conuenit interioribus & prius cōi qui est ueluti quedā formalis potentia respectu illoꝝ quinq; seu centrū ad quod illi referūt sua sensata. Et q̄uis organū istius sit unū prout tamē iudicat de actibus exteriorū est quodam modo multa respectu eorū que ad illū referūtur seu subordināt̄ Recreātur aūt uires aīe corporee ī organis ꝓpriis & cū īstrumētis deferunt̄ ꝑ corpora. mediū uero est spaciū īter potētiā & obiectū. Et sicut organa & instrumēta debēt esse tēperata secūdū exigētiā nature & agētis cui subordinant̄ pariter media non impedita.

¶ Sed īcipiemus a uisu qa īter exteriores reputat̄ ꝑfectior & forsā disciplīe accomodatior. ꝑserti ꝑ īuētionē. est aūt uisus uis seu potētia aīe apta recipe spēs uisibiles a suo obiecto ad qđ cōcurrunt oculus/obiectū/mediū actu diaphanū spēs uisibilis ut īstrumētū.

¶ Organū autē uisus cōponit̄ ex septē tunicis & tribus humoribus. Prima exterior q̄ uocat̄ schirotica orit̄ ab uno ex duobus pāniculis sub crāeo uidelicet ex dura. Ex alio uero q uocat̄ pia mr̄ ꝓducit̄ alia appellata secūdina. Tertia autē aranea orit̄ ab extrema supficie neruoꝝ opticioꝝ termiata ad duos oculos & q̄rta rethina nascit̄ ab illa. Sed ꝑmus ex trib⁹ hūorib⁹ uocat̄ uitreus ī cui⁹

medio situatur secundus appellatus christallinus qui nutritur & tuetur ab illo. Tertius supra rhetinā uocatur albugineus. Tunice tñ mutant nomen ratione situs & coloris puta uuea que est simi-lis uue nigre est cōtinua cū secundina. Et tamen dicunt q̄ est qn-ra. Sed est perforata in medio ut species uisibiles possint transire ad christallinam. Similiter sexta que oritur & continuatur cum schirotica uocatur cornea non tñ est colorata. quia impediret ui-dere. Septima cōiunctiua alligatur cum predicta medus subtilis-simis uillis. Sed quia custodit christallinam non circundat totū oculum. quia tamen coniungitur duobus mediis ideo reseruauit sibi nomen coniunctiue.

CA. II. DE COLORE OBIECTO VISVS.

Ensibilium uero quedam sunt per se seu propria. quedā cōia inter illa aūt color saltem cōiter sumptus est primū obiectū circa quod uisus non errat. Et qñ medium actua tur per lucem diciur q̄ est uisibilis illa predicatione qua subiectū est causa predicati. Est enim ex se extremitas seu potius in extre-mitate corporis non cuiuscunq; sed terminati quare eius natura est mouere actu Dyaphanū. Sed ut aiunt non generatur ex uici-nitate partium minimarum sed cū omnia mixta & qualitates se-cunde resultent ex actione & passione primarum & ex diuersis mixtionibus producantur diuersi colores puta albus causatur ex permixtione ignis clari cum aere uel aqua que sunt transparētia seu peruia & niger ex permixtione partis fumose ignis cum cor-pore opaco puta terra que duo dicunt̄ esse ueluti elementa alioꝝ quia ex maiori uel minori proportiōe albi & nigri causantur co-lores diuersi licet non omnes cognoscantur quia ars nō percipit res nisi ab extrinseco. Primus igitur color inter album & nigrū est rubeus inter quem & album sunt flauus tendens ad albedinē & croceus ad rubedinē. Sed inter nigrum & rubeū sunt uiridis tendens ad nigredinem & purpureus ad rubedinē.

¶ Lux uero nō solū est ratio uidēdi colores sed etiā ipsa uidetur

ſumendo tamen illam proprie non eſt obiectum adequatū uiſus quia ſolū corpora celeſtia habent lucem. nec ſumendo illā prout ineſt alicui corpori terminato. quia tunc non uideretur in medio nec poſſet uideri ingredo quia non lucet. nec etiam color eſt tale obiectum adequatum quia multa non colorata uidētur ut aſtra Sed licet iſta ſint uera capiendo tamen lucem nō ſolū prout ineſt illis corporibus ſed ut extenditur ſeu admiſcetur coloribus pōt eſſe obiectum adequatū uiſus. Nec obſtat ꝙ una potentia habeat unum & non plura obiecta quia in propoſito color reducitur ad lucem tanq̄ ad formale. & ea ratione poſſet teneri ꝙ color prout includit qualitatem ſecundā reſultantē ex primis hoc eſt particulares colores & lucem ſit tale obiectum adequatū. nec iſta cōitas ſeu extenſio eſt ſine ratione quia per potentiā uiſiuam longe plura cognoſcimus q̄ per aliquā aliā exteriorem. omnia quippe corpora colore participant. hic enim in una ſignificatione eſt perfectio corporis cōpleti lumen uero incōpleti. & licet color uel lux poſſit ſecundū predicta habere rationē obiecti adequati. quia tn̄ nō immutant niſi ut ſunt in corpore. ideo etiam iſtud pōt denominari obiectum quia omne corpus eſt coloratū & econtra licet non omne ſit audibile/odorabile nec etiā tangibile puta corpus celi. poſſunt autem colores euariari a luce ſeu lumīe quia quāto iſtud eſt clarius ſeu intenſius uel fortius actuantur colores fortiores intenſiores uel debiliores ad mouendum uiſum.

¶ An autem ad cauſandam uiſionem uel aliam ſenſationem ſufficiat obiectum uel potentia dicunt ꝙ neutrum ſed circa potentiā conſiderant duos concurſus. unum ſecundum quem recipit aliū per quem producit. unde diſtinguunt ſenſum in agentem & poſſibilē actuitas tn̄ obiecti eſt manifeſtior quia iſto remoto nō remanet idem actus uidendi nā ſi uiſio fit per modū pyramidis cuius baſis eſt in re uiſa & conus in uiſu ideo cum mouetur obiectum fit alius angulus & alia figura ex quo interdū potētia decipitur.

CA. III. DE DISPOSITIONE MEDII.

Media autem quibus fit uisio debẽt esse perspicua seu trã sperentia sicut aer & aqua. corpora uero celi sunt primo talia quia illa duo non essent sine istis. perspicuitas tamẽ non est quid separatũ seu substantia sed accidens sequens naturã illorũ & licet dispositio medii euariet actũ uidendi non tamen ui sio potest fieri per uacuum ut asserebant dicentes ꝙ si reperiretur & formica esset in celo posset uideri. istud reputat eque ipossibi le sicut ꝙ accidens sit sine subiecto. mediũ igitur debet esse actua tum lumine quoniam non uidemus in obscuro. nec obstat ꝙ q̃ dam uideantur de nocte. quia ista ex se aliqualiter lucent in super ficie. ut fertur de squamis aliquorũ pisciũ & quercu putrida: sed non uidentur de die tum quia occupantur maiori lumine. ut etiã accidit de stellis tum quia lux diei tribuit illis certũ colorẽ quo impediuntur lucere.

Nec lux multiplicat in medio successiue quia nõn lateret in tanta distantia oriẽtis ad occidens nec aer habet in se aliquã indispositionem, nec sol diuidit ipsum dum mittit radios adhuc si contrarietas est causa successionis luci uero nichil cõtrariatur. Et quãdo dicitur a perspectiuis ꝙ si aliqua uirtus multiplicat lu cem in aliqua mensura puta in instanti maior uirtus multiplica bit illã in minori q̃ sit instans non obstat quia transitus lucis ab una parte mundi ad aliã fit sine motu nec sol respicit prius unã partẽ aeris q̃ aliã sed agit simul totũ mediũ. & cũ addũt ꝙ sola diuisibilitas termini causat successionẽ põt eẽ uerũ de diuisibilita te extrinseca q̃ respicit totũ nõ autẽ de intrinseca seu intẽsiua. nec est uerũ ꝙ unus & idẽ radius solis possit cõtinuari tota die qa iret iret de subiecto i subiectũ ꝙ ẽt est ipossibile qa gñat in instanti. pñt tñ multiplicari fere infiniti sicut & in motu sũt ifinita mutata eẽ. sed qa hñt esse solũ in potẽtia. iõ nõ pñt cognosci nec cõprehẽ di. nec est uerũ ꝙ cõtinuitas diei fiat ab illis quia est a tempore si cut enim non reperitur pars linee in qua non sit punctus pariter nec pars temporis in qua non sit instans. Et quãuis lux sit in aere

ut in subiecto. non tamen iste uertitur in lumen aliter quãto ma-gis illuminaretur tanto magis resolueretur uel minueretur. Et de-niq; lux producitur equiuoce quia de potentia uirtuali & non formali solis.

POssunt autẽ secundũ aliquos due luces esse simul in eadem parte aeris. tũ quia sepe facit duas umbras quare priuat du-as luces. nam & quando duo accidentia differentia solũ numero non producuntur per motũ possunt esse simul sine repugnantia sicut plures species in eodem organo fantasie aliter deleta aliqua unius imaginabilis non posset perfecte imaginari aliud eiusdem speciei. nec põt dici q; sint ĩ diuersis partibus organi qa istud nõ potest diuidi in tot partes que correspondeant tot speciebus. Sũt enim sine numero saltem perceptibili. ut igitur due sunt in eo-dem organo pariter due luces in eadem parte aeris. Licet enim qñ agens naturale inducat aliquẽ gradũ forme qui est natus esse pars alicuius perfectibilis unit illum cum priori gradu non sic de duobus luminibus in aere quia unũ potuit diffundi a sole & aliud ab alio astro. Et non solum a diuersis lucidis. sed etiam ab eodem secundũ diuersos radios. Non enim inconuenit q; subie-ctũ sit unũ & accidẽtia plura absente tñ sole uel lucido nõ potest multiplicari lux quoniam ista depẽdet ab eo in fieri & facto esse Vmbra autẽ que causatur ex defectu lucis differt a tenebris quo-niam iste sunt quedã priuatio luminis tam primarii q̃ secundarii umbra uero priuatio solum luminis primarii.

QVod autẽ lux nõ sit substantia patet qa hec nõ augetˀ nec minuiẽ. ut illa que etiam est in aliquo accidens puta in lu-na. illa constituit corpus lux uero non. Si enim hec esset substan-tia duo corpora essent simul sicut due luces in eodem medio. Et deniq; substantia non percipitur uisu sicut lux qui etiam cũ im-mutetur ab ea. ideo est qualitas tertie speciei. Sed quãuis dicãt q; inest primo soli. Theologi tamen putãt celũ empireum esse pri-mum lucidorum. licet in super lux uideatur non tamen multipli

cat eius ſpecies ĩ medio aliter iſte poſſent uideri. dices ꝙ uidetur in ſpeculo. non eſt ſic quia illa imago non eſt ſpecies lucis ſed faciei humane uel alterius rei uiſe. qualitas uero que in ſua origine uocatur lux. in medio lumen & terminatũ in corpore ſplendor. imago autem in ſpeculo que eſt uerſa uerſus nos nõ eſt uiſio ſed obiectum quod uidetur ſecus ſi uideretur mediante alio ſpeculo.

CA. IIII. DE LVMINE REQVISITO AD VIDENDVM.

Videtur autem ꝙ lux ſeu lumen ſit neceſſariũ propter mediũ. ut inquit Auer. qa nõ uidemus ĩ obſcuro nec color mouet dyaphanũ non illuminatum. uerum cum color ſit in corpore terminato nec ſit actu uiſibilis niſi per habitum luminis quia iſtud eſt eius formale. ideo uidetur etiam neceſſarium propter colorem quia lumen non eſt in medio niſi ad ſinem recipiendi illum inq̃tum eſt actio uiſibilis.

Putauit etiam lucem] aduenire oculis ab extrinſeco aliter uideremus in obſcuro. adhuc q claudit oculos & poſtea aperit nõ uidet ſtatim niſi illuminatus ab extra. alii econtra qm̃ oculi glauci ſplendent ex propria natura. lumen etiam pupille penetrat ad aerẽ extrinſecum cum quo continuatur. ideo irradiatꝰ ab ea. Sed dicũt ꝙ dyaphaneitas oculorũ non eſt cauſa irradiationis ſed ut lux exterior continuetur cum oculo peruio qui cum nõ ſit aeree nature ſed aquee ut poſſit melius ſeruare ſimilitudines ĩ eis impreſſas. aqua uero non eſt ex ſe luminoſa ſed peruia. Et cũ aiũt ꝙ ſicut non uidemus ſine lumine exteriori pariter nec ſine interiori non eſt ubiq̃ par ratio. Similiter de oculis glaucis & gattorum non probat de omnibus nec ꝙ uulneratus iuxta timpora amiſerit uiſum quia forſan perdidit illum in totum ſaltẽ ex illa parte. Sed oculus interdum alteratur ab intenſo lumĩe. (quia ĩ proportionata ualde tranſmutãt) nec ſinit uidere uſquequo deleatꝰ eius impreſſio ſicut etiã ſi aliquis color proprius eſſet in oculo impe

diret diſtinguere alios ut aiūt ꝙ oculus ičterici putat oīa citrina.

CA. V. DE RADIO VISVALI.

Oportet tamen ſcire ꝙ iſte ſeu ſpecies uiſibilis cauſatur ꝑ lineam deciſam ab obiecto ad uiſum non per motū localem ſed continuam multiplicationem illius. Et cum peruenit per lineam rectam uocatur perpendicularis dummodo recte & perpendiculariter cadat. quia tunc ex contactu relinquit duos angulos rectos ſicut per obliquam duos inequales. Et quidam dicunt ꝙ totus radius gignitur a tota luce & non pars a parte. ad intellectū ꝙ ſi lumē eque diſpoſitū eſſet in aliqua pte medii quilibet pūctus eius ſeu pars multiplicaret ſpherice niſi obſtaret opacum. Quando enim iſtud occurrit anteq̄ terminetur uis luminoſi reflectit radium in partem oppoſitam quia quod non potuit ſecundū lineā rectam agit ſecundum aliam propinquiorē uidelicet reflexā ſeu obliquā. in medio tamen uniformi non poteſt refrangi radius: quia nō eſt maior ratio ꝙ refrāgatur plus ab una q̄ ab alia parte. Et in corpore denſo reflectitur & non refrangitur ut patet in ſpeculo. ad refractionem enim non oportet ꝙ mediū ſit adeo denſum ſicut ad reflexiōem. ut patet de baculo oblique exiſtente in aqua & aere. poteſt igitur lumen multiplicari ſecundum tres radios uidelicet rectum reflexum & refractum. omnis autem radius cauſatur in inſtanti quia medium non reſiſtit ei. & de rectilineo non eſt dubiū. Splendor autem fit ex reflexione lucentis ab aliquo terſo. puta quando radii ſolis reflectuntur ex ſpeculo. radioſitas uero differt a lumine quia illa ſplendet iſtud autem poteſt eſſe cauſa ut aliquid ſplendeat.

CA. VI. DE MODO QVO FIT VISIO.

Fertur autem platonem putaſſe uiſionem fieri per emiſſionem ſpirituum ab oculo. ſed quoniam ad iſtud ſequitur ꝙ ſpiritus uiſibiles accedāt ad res & facta uiſione extra. reuertantur ad ſenſus. ideo Ariſt. conſiderans ꝙ iſti ſunt potius paſſiui maluit ſequi opinionem ſtoicorum tenentium ꝙ uiſio

causetur a rebus extrinsecis imprimentibus earum similitudines que representant illas primo in medio & tandem in oculo & deferuntur per lineas rectas decisas a quolibet angulo rei colorate. Processus enim uidendi completur qn̄ figura pyramidalis cuius basis est res uisa & concursus linearum in oculo causant angulū. & tunc in parte oculi seu in puncto ubi terminantur lineę fit prima immutatio speciei rei uisibilis secundum q̄titatē anguli conclusi in illo quia quanto est acutior res apparet minor & q̄to obtusior maior. Que omnia procedunt ex propinquitate & distantia rerum. quod patet quia si duo inequalia essent simul melius p̄cipitur inequalitas q̄ si inspiciantur seorsum quia que magis accedunt ad unitatem situs facilius mēsurantur. qn̄ tunc actio obiecti agentis est magis proportioata passo (quare propiqua representant uisa maiora & distantia minora.) Cum igitur q̄to plus fit nec elongatur a re uisa tanto magis coeunt. ideo si anteq̄ perueniāt ad oculum concludantur. res nequeunt amplius uideri.

CA. VII. DE REQVISITIS AD ACVTE VIDENDVM.

HActenus de obiecto lumine & medio nūc particularius de organo situ & aliis dispositioibus oculorum. aiūt igitur q̄ magni cum debita figura arguunt q̄ potētia generatiua seu informatiua fuit fortis & materia multa. Et cum figura indebita fuit debilis. Parui uero materiam paucam & cum figura debita informatiuam fortem. & quando magnitudo requisita & figura sunt diminute materiā paucā & informatiuā debilē.

ACute autem uel non acute uidere accidit oculis ex situ colore & compositione ipsorum ac etiam dispositione spirituū deferentium potentiam uidendi ad illos. hii enim cum sunt multi/clari/ & subtiles ualde conferūt ad uidendum & distinguendū remota & propinqua. Sed quando sunt multi & turbidi & si cū

tis uideantur res a longe non tamē possunt secerni. sed cum paucis & obscuris nec unum nec reliquum. Si tamē pauci essent clari uiderentur & distinguerentur solum propinqua.

Colores autem oculorum si possunt dici colorati saltem in ratione distinguendi sunt tres uidelicet glaucus niger & medius. dices forsan si recipiunt omnēs colores debent etiam carere omnibus. sed non obstat quoniam recipiunt illos in esse intentionali. Et licet inter predictos medius reputetur melioris complexionis & magis proportionatus uisiue & minus aptus turbari a lumine & a motu colorum exteriorum oculus tamen cū isto absolute non uidet acutius quia ad istud oportet q pellis cornea que est ante pupillam sit subtilis nō obscura & alie tunice sint postice & humores inuicem proportionati & nerui opticii concaui ut species sine impedimento possint penetrare ad christalinam & ad alias partes organicas. Alii tamen referunt plures causas acute uidendi uidelicet magnitudinem & eminentiam christaline in parte anteriori & situm oculorum in profundo & q humor albugineus non sit obscurus sed proportionatus uisiue qui ratione densitatis & siccitatis assimilatur christalo. Et quoniam oculi nigri habent albugineum obscurum & christalinam minorem que prohibent transitum splendoris in humidum. ideo nō uidet acute & minus quando ueniunt ex tenebris ad lucem non tamen ut aiunt ex eo q istorum christalina sit posita in profundo sed quia uuea est grossa & tenebrosa & humidum multum quod non potest immutari nisi a forti motu coloris. Sed habens oculos i profūdum sicut & uidēs per canale melius uidet quia nec species nec motus factus a uisibili dissoluuntur in latum sed offerūtur uniti. iste tamen cause habent latitudinem quoniam aliqui oculi continent plus humidi aliqui minus alii habent illud commensuratū. Sed qui habent plus sunt nigri non facile peruii. & qui habent modicum glauci & habentes commensuratum medii. nigri tamen preferuntur inquatum afferunt decorē & cōgregāt uisibilia

& albi disgregant. & licet glauci acutius uideant non tamen sunt meliores. complexio enim non est causa acute uidendi quia oculi medii inter glaucum & nigrum sunt melioris complexionis & tñ uidét minus acute. unde acuta uisio nõ ẽ pfectior ad quam nõ cõcurrit sola dispositio organi sed potentie cũ aliis reqsitis. Glauci. n. splẽdẽt rõne hũiditatis qñ albugineus est ĩ sua pura natura. Et licet sit minus clarus respectu christalini operatur tamẽ ut lumen extrinsecum gradatim illuminet oculos ut a uisibilibus cõmodius informentur. & forsan glaucedo in quibusdam aĩalibus est causa aliqualis irradiationis extrinsece. dyaphaneitas etiam & puritas oculorum possunt esse causa bene distinguendi. nam & ĩ ueste munda apparent macule parue.

¶ Siue autẽ uisio fiat principaliter in humore christalino qui est in centro oculi siue in pupilla uel ut quidã dicũt in illa intersecatione neruorum opticiorũ per quos spiritus uisibiles deferunt potentiã sentiendi ad duos oculos. per motũ tamẽ spiritũ in uno quoq; neruo usq; ad punctum terminatũ in utroq; oculo cõplet uisio seu cõprehensio rei uisibilis qm̃ illic mediante potentia uisiua due similitudines uniuntur aliter cum due sint species non saluaretur quomodo unius rei esset tantũ una uisio. ut patet si quis supposito digito comprimeret oculum tunc unũ appareret duo quia due species non possunt tunc uniri in puncto unius anguli. Et cum queritur quomodo album & nigrum que alterant uisum mõ cõtrario uidelicet disgregãdo & congregãdo simul possunt uideri. non refert quia licet sint opposita in se. non tamen ut recipiuntur in oculo. Ex quibus etiã patet quõ ista potẽtia potest habere plures actus aliter non perciperet simul album & nigrum.

CA. VIII. DE QVIBVSDAM PROBLEMATIBVS.

CVr phisionomi plus pronosticantur ex oculis q̃ ex ceteris corporis partibus. ¶ An sunt ueluti anime uestibula & potiores inter partes corporeas & luce similes astris.

Cur inter duos hominum oculos est minor distátia respectu aliorũ. ¶ An si decet illos plura prospicere ideo conuenit distare aliter radii uisibiliũ dispargerentur in latus nec spiritus ui sibiles peruenirent ex cerebro ad illos uniti. in aliis uero animali bus distant quia oportet ut capita illorum hincinde uoluantur & potius tueantur q̃ cognoscant.

Cur equi albi habẽt interdum oculos glaucos uel subalbos. ¶ An ut inquit Aristo. oculi sepe colorantur colore cutis cuius albedo facit illorũ oculos glaucos. ¶ An sũt de natura aq̃ ut igitur quando ista est multa & profunda apparet obscura. & pauca & parũ profunda peruia. & quando nec unũ nec reliquũ habet colorem medium. unde quando humor ex quo constant oculi equorum est medius modo predicto non sunt in totũ albi nec nigri ad quod etiá cócurrit dispositio tunicaꝝ & pferti uuee.

Cur aiunt ꝙ oculi gattorum uident in obscuro. ¶ An cum superficies seu supercilia illorum incuruãtur una pars relu cet contra aliam. An potius sunt natura lucidiores aliis apti ali quomodo illuminare medium obscurum. unde & í isto uidere.

Cur aiũt ꝙ oculi glauci minus acute uident de die & nigri minus de nocte. ¶ An licet isti non proprie uideant de no cte sicut nec alii. respectiue tamẽ & si pauciras humidi reddat ocu los claros nil minus sunt debiliores & de facili alterabiles de die a sole. unde postea ab intensis coloribus permutati nõ bene uidẽt nigri uero humidiores & obscuriores uident melius de die quia indigent multo lumine quod de nocte nõ inuenitur. unde ut me dici dicũt egritudo appellata glaucedo qua homo prohibetur ui dere de die accidit potius senibus quia sicciores. noctilopa uero iuuenibus qm̃ nigredo prohibet spẽs efferri ad christallinã & hu miditas obtundit spiritus uisibiles que cogunt obtuse uidere.

Cur dicitur ꝙ habens oculos in profundum uel quando te net manum super illos aut aspicit per canale longius uidet: ut qui ex puteis aspiciunt astra. ¶ An species uisibiliũ perueniũt

ad oculos istorum magis unite non enim distenduntur in latum Non tamen situs profundus nec canale sufficiũt sine claritate spirituum & temperie aliarũ partiũ oculorũ habẽtes enim pellẽ anteriorẽ seu corneã rugosam non recte uident quia debet esse lenis subtilis & alba.nigra enĩ caret dyaphaneitate & grossa obũbrat.

CVr homo existens in tenebris uidet lucem uel illud quod est in ea & nõ econtra. ¶An locus seu mediũ tenebrosum cum non sit actuatum per lumen non est actu uisibile obiectum uero in tenebris multiplicat species suas ad locum lucidum.

CVr aliqui senes non legunt litteras nisi remotas ab oculis. ¶An ut ĩquit color habens lumen sibi propinquũ alterat nimis repente.ut patet in aspiciente lucẽ multũ intensã.Sed elongato uisibili melius uident quia minor lux est oculis senũ magis proportionata.An potius oppositum est uerum quoniam si spiritus senũ sunt turbidi.ideo radius uisualis de propĩquo se offert obtuse unde elongant ut acutius offeratur.Turbulentia nãq; spirituũ/humidum grossum/spissitudo pellis.(ut dictũ est)indigent maiori claritate que de prope haberi non potest.

CVr aliqui putant uidere multas diuersitates que in rei ueritate non sunt. ¶An cum uisibilia sunt alterata uel permutata a sua natura potentia percipit illa ut sibi offerũtur.similiter media ut patet quando oculus uidet per uitrum rubeum.Species etiã uisibiles possunt a uaporibus & fumis intrinsecis alterari uel corrumpi. Quando insuper aliqui ex tribus humoribus oculorum sunt alterati uel diminuti uel uapores humidi & grossi permiscẽtur cum spiritibus uisibilibus si ratione grauitatis & humiditatis tendant deorsum faciunt apparere trabes descendẽtes diuersimo de coloratas & quando sunt subtiles & leues uidentur ascendere idẽ suadet ex parte spẽrũ.Cũ.n.sunt affecte fumo parti leui parti graui.ut tñ ratione leuitatis moueat sursum quantum grauitatis deorsum tunc homo putat uidere aliquid moueri circulariter in aere & si uapor fuerit paucus & disgregatus credit uidere aĩalia

parua. ut muſcas uel culices & quando humor chriſtallinus eſſet depreſſus uel turbidus res uiſe apparẽt diminute uel ſub alia forma & poſſent adeo deprimi uel turbidari ut penitus non uiderẽtur que tamen accidunt potius egrotis.

CVr aiunt ꝙ ſi centaurea permiſceatur cum ſanguine upupe & melle & ponatur in lucerna aſpicientes ſeu circunſtãtes apparent maiores & poſita de nocte in ſereno ꝙ ſtelle diſcurrant. ℭ An ſi eſſet uerum accideret ꝙ lux diffuſa a lumine lucerne ſuſtentaretur in aere craſſiori in quo linee que repreſentãt imagines aſtantiũ refranguntur. fumus enim tenebroſus ſanguinis upupe alteratus a caliditate mellis & centauree permutat medium ĩ quo linee refracte repreſentant uiſibilia latiora & longiora. ſtelle uero apparent diſcurrentes qa anguli alterati prohibent ne poſſint unica ſenſatione comprehendi quia ex noua & continua diffuſione uaporis fumoſi ſucceſſiue alie & alie regenerantur ſimilitudines ſed non poſſunt ſimul recipi ut ſunt quia ſemper noue ponuntur in motu & ex crebra renouatione ipſarum apparet eis ꝙ ſtelle uiſe aſſidue moueantur.

CVr aiunt ꝙ maius lumen occupat minus & magni motus prohibent audire minores. ℭ An lumen ſolis quod eſt maius non ſemper prohibet uidere ſtellas. quia etiam iſte multiplicant radios ſuos patet ſi quis eſſet in profundo puteo in meridie uideret illas quarũ radii tranſeunt per mediũ illuminatum a ſole maius tñ uiſibile impedit uidere minus qa illud actuat & diſponit uiſum ſm totã ſuã capacitatẽ. unde minus non põt poſtea agere in illũ ſaltẽ uſquequo ſpecies prioris luminis ſint delete & ca rõe nõ pcipimus miores mot⁹ qñ potẽtia occupatᷣ circa maiores

CVr dñt ꝙ fricatio oculoꝝ ꝓhibet ſternutare. ℭ An ex ea reſoluitᷣ humidũ uaporoſũ a quo ſolẽt ſternutamẽta moueri. & licet acutũ magis irritet expulſiuã citius tñ reſoluitur.

CVr inqt Ariſt. ꝙ uno oculo clauſo alter melius uidet. ℭ An conus linearum rei uiſe non peruenit adeo unitus ad duos

sicut ad unum in quē etiam spiritus delati efficatius operanť. sed licet motus ad unum oculum ueluti ad unum terminū qa magis unitus faciat directius uidere istud intelligitur qm̄ est in naturali dispositione aliter ambo possent mutuo auxiliari.

Cur excandescentiū oculi magis rubēt. ¶ An ut ait Aristo. irati circa testiculos infrigidanť. quia calor in eis sursum fertur a quo oculi rubent. An forsan sanguis subtilis inflammatus ab ira qui a calore effertur sursum manifestatur magis ī oculisq̃ discoopertis & porosis.

Cur ait q̇ oculi uerecundātium infrigidātur & aures rubēt. ¶ An timor uerecundie prohibet oculos aspicere que sunt ante eos unde cum sanguis cōmotus non sit illis oportunus pellitur ad aures que cum sint partim solide partim porose. ideo faciliter recipiunt & diu retinent ruborem. unde oculi remanēt frigidi quia priuati presidio sanguinis.

Cur Ceci a natiuitate non caluescūt. ¶ An humiditas aquea qua oculi cecorum erant nutriendi uertitur in nutrimentū capillorum quare prohibetur caluicies que ex defectu humidi causatur.

Cur ait q̇ oculi eminentes patiuntur magis a fumo. puluere sole & reliquis. ¶ An ratiōe situs possunt magis uexari ab illis quia celerius occurrunt & facilius herent illis. oculi uero hominum etiam in proprio situ leduntur plus ceteris quia debiliores & humidiores magis recipiunt impressiones. patet quia a uapore cepe & synapis inficiuntur.

Cur licet uterq̄ oculus possit uerti quo homo uult non tamē unus inferius & alius superius nec unus ad unum & alius ad oppositum situm. ¶ An ambo pendēt ex anteriori parte cerebri in qua sunt nerui deferentes eundem spiritum uisibilē ab uno tantum sensu cōi. unde oportet q̇ unus alium consequatur. an si unus posset sursum & alter deorsum moueri eodem. tempore cōplerentur motus contrarii quoniam eadem christallina uerterē

sursum & decrsum.

C Vr obruse seu debiliter uidentes scribunt litteras minores. ℭ An ut uisiua sit fortior congregant palpebras & quia dū scribunt oculi non sunt in totum aperti & sic q̃to per minorē an gulū recipiunt species. minores scribūt litteras. unde sagitatores claudunt unum oculum ut directius feriant. & interposita manu iter lumē solis & oculos illd' min⁹ ledit qa nō recipit radio recto.

C Vr ait ꝙ labor nocet acute uidentibus. ℭ An spiritus uisibi les quia subtiles resoluuntur uel corrumpuntur ex labore ꝑ fertim immoderato ex quo interdū oculi etiam de natura aque passi ab illo non possunt facile illuminari.

C Vr ait ꝙ lachrime excādescentium sunt calide. ℭ An tristi tia associata cum ira mouet spiritus animales ad partes in trinsecas cerebri qui cum sint calidi liquefaciunt humiditates in eo que tan q̃ superflue defluxe uel a natura pulse ad oculos exeūt sub forma lacrimarum. fluentes autem ex egritudine uel multitu dine humorum sunt aliquando frigide quia nō adhuc passe a ca lore. expelluntur enim antequam digerantur.

C Vr aiunt ꝙ oculus sinister magis contrahitur circa pupillā q̃ dexter. ℭ An humidiora facilius congregātur sinister ue ro humidior est dexter tamen calidior melius prospicit.

C Vr licet manus & pedes habeant dextrum & sinistrum ocu li tamen & aures non adeo manifeste. ℭ An ut ait Aristo. ista duo constant ex elementis satis puris puta oculus ex aqua au ditus ex aere: manus uero & pedes corpulentiores. habent opera tiones quarum diuersitas cum magis pateat ad sensum. ideo per dextrum & sinistrum in istis cognoscitur in aliis.

C Vr in collis quorumdam animalium puta columbi appa rent colores adeo diuersi. ℭ An diuersificantur successiue ī diuersis sitibus in quibus diuersimode colla illorum illuminant a sole maior quippe uel minor lux euariat illos. ℭ An & si colo res nascantur cum eis diuersificantur tamē q̃tum ad uisum ex di

uerso situ & illuminatione medii.

CVr solus homo cõtorquet oculos. ¶ An ut ait Aristo. ocu li istius cõstant ex pluribus & diuersis; aliorũ uero excepto equo ex eodem fere humore & colore. ut igitur terminant uno solo pariter uno motu. ¶ An sicut caput hominis magis uexat fumis & uaporibus qui defluxi ad oculos causant motus & nocumenta diuersa pariter contorsionem & strabositatem in qua in terdum mollificantur lacerti interdum spasmantur.

TRAC. II.

CA. I. DE SIMILITVDINIBVS APPARENTIBVS IN SPECVLIS.

LOquentes de istis diuersimode opinantur. Alii nãq; putant imagines qualitates. alii solum respectus cum enim non proprie mutentur localiter. ideo primo inquirũt quõ continue generentur ad aliã & aliã presentiam rei seu sub alio uel alio situ aspicientis uel speculi uel aeris luminosi que simul uel separatim possunt esse causa q̃ regeneretur noua imago. non ex motu istius. quia ex se non mouetur sed corrumpitur & regeneratur ad nouã presentiam rei que obiicitur & est in speculo solum representatiue uel subiectiue. quia tamen representat res sicut species in oculo. ideo tenent q̃ habeat esse intẽtionale. Sed est dubium qñ si corrumpit ex aliqua mutatiõe predictorum ipsa uero non mutantur nisi cum motu & in tempore. nõ obstat q̃a sol cõtinue mouetur. & tñ illuminatio medii est ĩ instanti. Multa. n. fiunt in instanti & sine alteratione que tñ nõ pĩcipiunt nisi in tempore. Et licet imago causetur sicut species decisa ab obiecto non tñ addit supra ipsam nisi respectũ causatum ex aspiciente & aspecto. exemplum datur de umbra que aliquõ priuat lucẽ & tñ non est nisi relatio causata ex corpore opaco & luminoso cui obiicitur. sed non est simile quia in umbra non representatur corpus ĩterpositũ nisi obscure nõ sic de imagine que representat illud cuius est imago sm omnia lineamenta. patet qñ

speculũ est politũ. Sed est dubium qm̃ sensus exterior non est ap/ tus comprehendere nisi intuitiue cum tñ imago sit quid abstractũ & intentionale. ideo quod uidetur non potest esse imago rei uise. Sed non refert quia licet imago habeat esse intentionale ŝm quid non tñ simpliciter quare ei non repugnat terminare uisum. uel ut alii dicunt homo tunc non uidet imaginem sed potius seipsum per actum tñ reflexum sed putat esse illic speciem quia assuetus uidere per lineam rectam.

¶ Si uero teneatur ꝙ imago nõ sit respectus sed qualitas nõ pro pterea fundaretur in extremitate aeris tangentis speculum nec in illo ut in subiecto sed in extremitate speculi quod est perspicuum terminatum. Et licet dicatur ꝙ imago sit dispositio speculi quia tamen est qualitas sensibilis aliter non immutaret sensum. ideo erit potius in tertia specie qualitatis que cum sit tantum similitu/ do rei uise. ideo non est longa uel lata. ut patet in speculo fracto. sed est similitudo amborum qua cognoscitur figura aspicientis ali/ ter duo corpora essent simul in eodẽ loco & q̃titas rei esset extra rem. Et licet color in ista immutatione imaginis non immutet. primo sensum illud tñ quod recipitur in speculo est quedã simili tudo qua possunt cognosci colores. & propterea multi tenent ꝙ tota imago recipiatur in puncto speculi sicut forma dimidii cir/ culi celi in oculo quia sicut ista uidetur tota in quolibet orizonte pariter imago põt uideri in quolibet puncto & situ speculi qa est intensio forme rei uise terminate ad speculũ propter eius trãspa/ rentem naturam qua non solum potest terminare sed etiam refle/ ctendo representare. aer uero transparens non terminat nec repre sentat. quia tamẽ recipit species rerum. ideo interdũ hee uidentur ab aspiciente in alio situ in dextro uel sinistro speculi dummodo aer non opponatur ei indirecte: quia non uideretur imago in eo aqua uero corpulẽtior representat imagines maiores patet de nũ mo in fundo uasis: pars enim que mouetur secundum rectam oppositionem coniungitur cum alia que non mouetur directe &

tunc subiectum representat maiora lineamenta.

¶Inter metalla autem dicitur q̃ aurum ratione humidi subtilis in superficie reflectit radios uisuales & cũ subtili terreo terminat q̃re reflectit similitudines qñ ex eo fieẽt specula sed melius ex argẽto quia eius humidũ est magis clarũ. Et melius adhuc ex ferro quia minus coloratũ melius recipit respectu illorum duorũ est ẽt magis aptum clarescere cum politura & cum terreo subtili termi nare & reflectere. scoria enim de facili remouetur ab eo cum igne secus de cupro qm̃ continet humiditatẽ nõ aptã poliri. sed solẽt fieri ex uitro quia transparens melius recipit & cũ plumbo super infuso in eius superficie terminat imagines multa tamen reflexio impedit aliqñ uidere imagines patet qñ speculũ opponit̃ soli qa colorat ipsum similitudine suorũ radiorũ. unde uisus preuenitur a splendore illius. lapis uero niger ualde politus expositus soli si aspiciat̃ a remotis ex obliquo etiã reflectit imagines sed obscuras

¶Quedam autem specula representant rem & distantiã eius qa cum est multa. imago apparet in profundo & qñ pauca in supfi/cie. Et propter hanc causam illi q̃ sunt in parte dextra uel sinistra speculi uident̃ ab illo q̃ est in directo. apparet autẽ imago aliqñ ĩ speculo conuexo fere ut in plano qa una pars non potest. reflecte re nec impedire aliam. Et propter contrarias causas in cõcauo ps superior apparet inferior & dextra representat sinistrã. Et in tho/pacio propter diuersitatem terminantis. facies apparent inuerse. Speculũ uero angulare representat multas imagines quia. discon tinuat reflexionẽ sed cũ. est in una parte concauũ & in alia planũ siue ista sit superius & cõcauũ inferius uel cõcuerso apparẽt due facies ratione duarũ partiũ discontinuatarũ. Si uero concauũ eẽt superius & planũ iferius tũc in cõcauitate plani appareret q̃ una facierũ esset supra collũ. Sed qñ planũ esset superius & concauũ ĩ ferius ambe facies uidentur in uertice capitis inferior supra collũ & superior pendet inferius hec referuntur.

CVr oculus existentis in tenebris uidet faciẽ suã ĩ speculo exã

ftente in luce & non econtra. ¶ An istud accidit quia facies in tenebris potest multiplicare imaginem suam ad speculū si tamē istud esset in tenebris non causaretur ille actus propter carentiam lucis in loco ubi est speculum.

CVr aiunt ꝙ interdū flante austro cum dies incipit clarescere uidentur in aere similitudines urbiū castrorū equorum uel hominū armatorū uel aliud quod in illa regione non inuenitur. ¶ An auster interdū in principio leuis defert secū nubes tenues ī quibus ex opposito reflectuntur imagines ualde distantes predictarum rerum instar speculi referentis similitudines pater quia recedente nube recedunt seu euanescūt imagines. insequūtur enim motum illius. Sed uidenť directe q̄ñ nō refrangunť in nube & ex transuerso apparet reflexio ad quod potest conferre indispositio uidentis. istis tamen apparētibus solent pronosticari pluuie quia licet auster sit in principio remissus est tamen in fine impetuosus & defert secum nubes aquosas.

CVr existentibus in domo clausa si lumen tunc ingrediatur per riuulos paruos imagines existentiū in ea apparent transposite puta capita deorsum & pedes sursum. ¶ An tunc linee umbrarū nō recte procedunt sed transponūtur & in medio intersecantur. unde interdum uidemus in aqua cacumina montium in parte inferiori & bases ī superiori quia & si imago cacuminis magis distet reflectitur tamē prius ad superficiem aque quare uidemus illam in situ transposito.

CVr paruus denarius in fundo uasis pleni aqua similiter & baculus apparent in illo maiores. ¶ An cum tūc representantur res per lineas refractas a superficie aque que est longe densior aere sibi contiguo. ideo apparent maiores.

CVr dicit Aristo. ꝙ licet sol semp eque moueatur cōtinue tñ euariat umbras. ¶ An in accessu & recessu eleuatiōe & depressione in diuerso situ opponuntur ei diuersa opaca que diuersimode euariāt illas. nā & in medio celi ubi radii feriūt quasi ppē

dicularíter facit umbras breuiores. non enim possunt tunc extensi in profundum quia obstat terra. Et quia in ortu & occasu non prohibetur extensio illorum fiunt longe maiores & si aliquando non percipiantur ex motu uel indispositione aeris refrangentis radios, umbre uero lune uidentur maiores quia ratione propinquitatis non euanescunt ab oculis.

Cur ampulle non causant umbram. ¶ An illud accidit propter paruitatem & transparentiam illarum sed non sunt in totum rotunde. quia enim habent centrum in superficie aque. ideo sunt hemispherice ista tamen medietas est rotunda quia ab aere introcluso fit undiq; sursum similis eleuatio.

Cur luna aliquando apparet sub eius rotunda figura aliquando semicirculi uel sub maiori aut minori. ¶ An cum recipiat lumen a sole. ideo cum radii cadūt recte super pūcto medio dyametri hoc est linea diuidente illam in duas partes tunc aspicitur plena quia undiq; suscipit lumen. Cum uero adeo appropinquat soli ut radii non cadant nisi super mediam partem apparet sub forma dimidii circuli & q̄to magis appropinquat seu distat sub minori uel maiori figura.

Cur sol & luna licet rotunde figure appareāt tamē nobis sub forma plana. ¶ An ut inquit Aristo. distantia incognita p̄hibet ne species representent res sub propria superficie sed sub illa que magis tendit ad equalitatem sicut est plana. patet quando uidemus a longe ualde disparia q̄ apparēt equalia. ¶ An rotundū quod distat non potest obiici oculis ultra medietatem quia alia pars latet ex opposito. unde cum uisio fiat per modum pyramidis seu triāguli cuius basis est in re uisa & conus in oculo. cumq; oporteat q̄ basis linearum deferentium species sit tāte latitudinis quanta est res uidēda. & q̄m ille q̄ sunt apte representare partē cōuexā concluduntur a lineis representantibus solam circumferētiā. ideo hec potest uideri exclusa specie conuexi.

Cur ait q̄ extremitas umbre solis uidet̄ tremere. ¶ An istud

accidit ex motu aeris patet de atomis qui nunq̃ quiescunt in eo & licet motus solis pro quãto est uniformis nõ faciat tremorem eius tamen radii percutientes terram seu uagantes inter lucem & umbram causant illum.

Cur aspicientibus astra firmamẽti omnes stelle in eo apparẽt fere sub eadẽ figura. ¶ An si ut inquit mundus est rotũdus ideo omnes linee a terra ut a medio ad circũferentiam sunt equales quare & figure representate. & licet q̃tum ad magnitudinem una sit maior alia distantia tamen facit omnes apparere equales

Cur postq̃ lumen solis transierit per aliquam figuram quadrati nil minus uidetur sub figura rotunda. ¶ An redit ad propriam naturam secũdum q̧ est aptum multiplicari orbiculariter presertim quando non est excessiue magnitudinis & distãtie.

Cur dicunt figuram perfecte sphericam nõ reperiri secundũ artẽ nec secundũ naturã. ¶ An licet illa que fit ab arte uocetur rotunda pro quanto participat de sphericitate. ista tamẽ nec illa sunt tales quia si complete sphericum tangat in puncto hoc aute repugnat figure naturali que si moueretur super pũcta hec possent diuidi sicut diuiditur motus quare continuũ componeretur ex indiuisibilibus uel reperiretur aliquid minus puncto. Et qui aliter asserũt intelligũt s̃m imaginationẽ mathematicorum. deus tñ posset facere perfecte sphericum & cum tangeret planũ in pũcto si moueret̃ sup illo tunc ille motus cõponeret̃ ex mutatis esse.

TRAC. III.

CA. I. DE AVDITV.

Auditus quo percipiuntur omnes differẽtie sonorum licet sit sensus discipline non tamen prefertur uisui quoniam iste plures rerum diuersitates ostendit & nos citius cognoscere facit. Nec refert q̧ ille plus cõferat ad percipiendũ sermones & noĩa qa etiã uisus posset nutibus & signis multa pcipe & demõstrare. accidit ẽt noib⁹ ut significẽt cõceptus & de sciẽtia quesita per inuentionẽ nõ est dubiũ q̧ uisus preponatur auditui.

Signum sunt experiẽtie artium que uix possunt sine uisu cognosci. quisq; tamen sensus cum sit determinati orgabi percipit sensibile proprium. non enim uisus uidet sonũ nec auditus colorẽ. Et pro notitia sex instrumentorũ organi referunt q; ex anteriori pte cerebri oriuntur septẽ paria neruorum deferentium sensum & aliqualiter motũ. Primum continet spiritũ auditiuũ & oritur ex uillis quinti paris illorũ Septem. & licet istud primũ sit molle. alia tamen continue indurantur. aliter non resisterẽt alterantibus nec prebet auribus motũ quia defertur eis ex ramis secundi & quarti paris illorũ qui ueniunt ad timpora. secũdum instrumentum est pellicula que oritur a neruo predicto & puenit ad os petrosum quod est tertiũ & cooperit totũ foramẽ & totã concauitatẽ auris que nisi esset ampla uoces nõn possent cum facilitate transire per eã. Sed est tortuosa usq; ad neruũ ne organũ auditus ledatur a sonis excessiuis neue aer exterior calidus uel frigidus impetuose ingrediatur. quartũ est aer connaturalis in cõcauo ossis predicti. Sed circundat quadã alia pellicula que cedit loco quinti illam fecit natura ut aer esset in ea quietior & ad eam per aerem extrinsecum ueluti per undam sphetalẽ defertur species sonorũ & uocũ. sextũ est pars exterior amfractuosa & neruosa. supradictos tñ quedã iuuant ad sustinendũ. quedam ut aures possint plicari. quedam seruant uoces inter que principale est neruus continens spiritus. secundum est aer interior continuatus cum exteriori.

CA. II. DE SONO.

Est autẽ sonus qualitas sensibilis extensa ĩ aere apta multiplicari per motũ localẽ. sed causatur ex percussiõe duorũ corporũ solidorũ unius ut agentis alterius ut subiecti & q; fiat motu ueloci & forti in supficie ad quam sequatur expulsio aeris uelociori motu q̃ sit natus diuidi. Quedam autem res tonant cũ pcutiunt quedã non. & illarũ quedã habẽt sonũ in posteria pxima ut corpora dura qa mollia nõ sonãt saltẽ sensibiliter uel parũ puta lana uel spongia. Et uniuersaliter pcussiões debiles

& motus remissi diminuunt sonū. debet etiā corpora percutiētia esse plana & lata qa asperitas nō permittit expellere aerē. Si enim unus sonus est ab una superficie. aspera uero continet plures & paruas que cum sint acute potius diuidūt q̄ expellant aerē. quare metalla plana & lignū fagi ualde sonant & corpora tremētia bene extensa fortius percutiunt. patet quando insufflatur in fistulis & tempore flatus uentorum. Et quando aer uerberatur cū uirga uel scinditur pannus qui potius uocantur ictus aeris.

CA. III. DE SVBIECTO SONI.

Est autē sonus per se in aere ut in medio quod Aristo. probat auctoritate antiquorū qui imaginabant locū aeris eē uacuū. ideo asserebāt sonū fieri in isto ut in medio & in aqua ut per mediū quia non peruenit ad auditū nisi aer impulsus scinderet istam. & cum aiunt q̄ si quis ī loco profundo aque ubi non est aer percuteret inuicem duos lapides audiretur sonus & tn̄ non est ibi aer. sed non est sic patet quia in superficie aque apparent ampulle que a solo aere recluso in illa causant. non enim aqua est purum elementum. debet etiam aer esse sine sono ut oēs recipiat per motum ipsius localem q̄tum enim iste prius percutitur tantum percutit alium & iste tertiū & sic deinceps spherice se multiplicat quod est cōe cum multis. Et propter hoc differt a motu sagitte seu lapidis que mouentur ex uirtute derelicta in eis a proiciente & non q̄ prior pars aeris impellat aliam. differt etiam a multiplicatione colorum quoniam fortitudo & debilitas soni causatur a fortitudine & debilitate percutientium quod non accidit de illis quoniam in suo esse reali non habent aerem pro materia sed pro medio tantum. Et licet species ipsorum sint in aere ut in subiecto sonus tamen ratione fractionis est non solum intentionaliter sed etiam realiter. nec propterea causatur a solo motu fractionis aeris quia sic quū pcuterer a diuersis corpihus causaret idē sonus & tū percussio unius nō sonat sicut alterius. pz qn̄ cāpana pcutitur cū ligno & ferro. & cū dr̄ q̄ uox hoīs dū elōgatur ad magnū

spaciũ cũ pauco aere pcipitur sonus absq; noua percussiõe quare non causatur ab ea.non obstat quia tunc uentus qui spirat ad cõtrariũ impellẽdo percutit aerem sine tñ motu istius extrinseco ex pcussione sola posset causari sonus qm̃ quodlibet mixtum conti net aerẽ in se & si non deferatur ad auditũ sine extrinseco.

CA. IIII. DE MODO QVO IMMVTAT AVDITVM ET DIFFERENTIIS SONORVM.

Motus igitur sonãtiũ primo frangit aerẽ & procedit usq; ad aures & intrat in eas & coniungitur aeri connaturali & mouet illũ qui postea imutat neruũ auditiuũ & subiectũ i eo & deīde potẽtiã nõ ẽm motũ sed ẽm sonũ quẽ neruus cũ spiritu recipit & representat illũ potẽtię auditiuę. Et sicut dictũ ẽ q; aer exterior nõ debet habere aliquẽ sonũ.ut possit oẽs recipere pariter nec aer interior ut sentiat sine impedimẽto.non tñ absolui tur ab omni pturbatione qa ponẽtes manũ ad aurẽ saltẽ sentiunt aliqualẽ rumorẽ qui tñ non est proprie sonus.sufficit ẽt q; sit absolutus ab excessiuis motibus:remissi.n.nõ ĩpediũt suscipe alios

¶ Differentię autẽ soni sunt acutum & graue & differẽtię motus uelox & tardum & unum potest causari ab alio.nam ex uelocitate motus aeris causatur acutũ in sono & ex tarditate graue. Iste tñ differentię sunt manifestiores in tactu.finis uero soni est perficere auditum & terminare uoces hominum & uociferatiões aĩalium sed forma & q̃titas sunt diuerse in diuersis fractionibus & motibus aeris. Et quãuis sonus possit uariari ex natura percutientis percussi medii & audientis forma tamen magis sequitur diuersitatem expulsionis aeris cuius efficiens est impellens illum & materia in qua est aer percussus seu fractus.

CA. V. DE SONO REFLEXO.

Reflexio autem fit qñ aer in quo est sonus in suo motu inuenit obstaculũ & facit repercussionẽ q̃ & si forsan semper fiat.quãdo tñ est debilis non percipitur & tũc non uocatur echo. Dicitur autẽ q; unda uocalis est in aere qa sicut la

pis proiectus in aquam facit circulationes sphericas quarum cen trum est locus percussus & circũferentia circulus qui facit alium maiorem & postea alium & alium. fit igitur reflexio qñ antequã compleátur circuli repercutitur ab obstaculo uersus locum prio rem. ex prima igitur percussione causantur alie fractiões in modũ circulorum uel saltem semicirculorum qui etiam si anteq̃ deficiãt inueniant obstaculũ iterũ reflectuntur que presertim accidunt in locis cõcauis/puteis/& domibus antiquis/cauernositatibus mõ tium continentibus multũ aerem. ex reflexione enim prioris per/cussionis causatur secundus sonus similis primo & ex secũdo ter tius & quilibet põt uocari echon nomen forsan factum de sono uocis non tamen est uox. sed licet sit in eodem aere similiter figu gurato non propterea est idem sonus quia termini motus sunt di uersi inter quos cadit quies presertim in sono reali. quia in inten/tionali reputatur unus in principio & in fine. Et quia sonus cau/satus ab ore animalis auditur primo per speciem rectam. secundo per reflexam. ideo primum appellãt sonum uocis. ſm nõ uocis.

CA. VI. DE VOCE.

INquit autem Aristo. q̃ ad uocem requiruntur tria uide licet neuma idest expansio nete hoc est tonus & dictiões seu articulatiões. Et rõne istorum trium. quedam instru menta reputantur uociferare seu modulare. sed referamus parti/cularius qm̃ preter predicta q̃ plura alia cõcurrunt puta guttur lingua musculi pectoris deseruiẽtes arteriis. Pulmo etiam prepa/rat aerem Gutturi insuper deseruiũt cartilagines & decẽ muscu/li qbus ipsum dilatatur & cõstringit̃ clauditur & aperitur & pã/niculi & a parte superiori oritur corpus cartilaginosum appella/tum fistula quod est proprie instrumentum uocis alia potius co/adiuuant. attractio uero & expulsio fit cum musculis pectoris. Vnde uox est sonus animalis quia inanimata non formant uo/ces nec cuiuslibet animalis sed illorum que inspirant & expirãt. Carentia enim sanguine non uociferant qa non proprie respirãt.

Et inter habentia ſanguinẽ non omnia uociferant puta piſces & ſi delphini faciant ſtrepitum. Cauſa uero cur non uociferant nõ eſt quia non anhelant ſed qm̃ non habent aerem intrinſecum req ſitum ad formandum uocẽ. Et q̃uis Cõmen. dicat ꝙ attractio fit ob refrigerium cordis & expulſio propter pulmonem. oportet tamen ꝙ qñ aer tractus eſt calidus & inutilis expellatur ut cedat nouo attrahendo eſt tamen uerum ꝙ aer anhelatur ob refrigeriũ cordis ſine quo non uiueret animal. & hoc eſt neceſſarium. Sed ad formandas uoces eſt propter melius quia animalia uiuũt ſine iſtis. idem eſt de lingua quia eſt neceſſaria propter guſtũ ſine quo nõ uiuitur & propter loquelam ut propter melius. Et q̃uis organum uocis ſit trachea arteria. lingua tamen dearticulat illã. Cauſatur igitur ex percuſſione aeris exſpirati a potentia anime (que uiget in pulmone) cum intentione tamen ſignificandi.

¶ Vox autem acuta cauſatur a ueloci motu aeris exeuntis p tracheam arteriam preſertim qñ meatus ſunt anguſti. Et groſſa ex multo aere humiditate uel humore ſicut ualde ſubtilis ex ſiccitate canne pulmonis & per accidens ex laſſitudine/ uigilia/ uel cibo & tremula ex impotentia uel labore & rauca ſeu aſpera a frigido extendente lacertos pectoris & breuis ex paucitate anhelitus longa econtra.

CA. VII. DE SERMONE.

DIffert autem nomen a uoce qm̃ illud ſignificat ex inſtitutione imponentis non ſic uox. patet ſiquis proferret unam ſillabam tantum uel uocem non ſignificatiuam quia tñ põt ſignificare & naturaliter & ad placitũ. ideo eſt cõior nomine & uerbo quod quodãmodo eſt nomen niſi pro quãto ſignificat cum tempore. reducitur autẽ uox in formam ſermonis cũ diſtinguũtur ſillabe cum lingua dentibus labiis & naribus. Concurrunt etiã due inſufflationes una cum muſculis ĩter coſtas & alia cum muſculis gule iuuatis a lacertis epiglotis que eſt uia per quã trãſit cibus ad ſtomachum cũ qbus tandẽ cõplet;

loquela. Sed quando corrumperetur prior attractio uel expulsio aeris corrūperentur etiā omnes sequentes qa depēdent ab ea qd' nō est de reliquis qa corrupta ultima uel penultima de illis quatuor que concurrunt ad sermonem non est necesse q̄ alie corrūpantur. patet insuper q̄ potentia auditiua potest habere plures actus. qm̄ percipit consonantias que constant ex diuersis uocibus.

CVr aures hominum sunt minores respectu pluriū aīalium. ℭ An oportet ut soni & uociferationes ingrediantur in eis cum maiori impetu. habent enim spiritus crassiores qui sine forti motu immutari non possunt. Nec si fuissent alterius figure uel qualitatis animal posset illas uertere uersus sonos nec super minores natura potuisset inserere tot neruos & musculos qui sufficeréc ad se mouendum. hec tamen magnitudo in hominibus causaret difformitatem.

CVr ex lesione auditus magis leditur uisus q̄ lingua. ℭ An nerui deferētes spiritus auditiōis sunt ualde propinqui illis qui deferunt uisibiles. unde lesis illis leditur uisus. An sine gustu non uiuit animal uiuit autem sine uisu. unde natura de illo habuit maiorem custodiam.

CVr inquit Aristo. q̄ magis priuamur auditu quā loquela. ℭ An natura fecit ab initio īstrumēta istius magis munita q̄ neruos & instrumēta auditus qa ista pōt ad lōge plura cōferre.

CVr surdi a natiuitate ut plurimum non loquuntur & surdastri tractu temporis uidentur loqui per nares. ℭ An ut ait surdi sunt muti quia loquimur que audimus. An si possēt loqui affligerentur desiderio cognoscendi que proferrent quod cū sine auditu fieri non possit. ideo ut careāt hac molestia natura forsan abstulit eis loquelam. Surdastri uero sūt impediti & nō oīno priuati auditu sed propter uicinitatem neruorum loquele aliquādo impeditur sermo. Et quoniam tunc lingua mota uersus palatum per meatum istius licet angustum cum quadam uiolentia pellit anhelitum quo erat formanda uox cūq̄ meatus sint propinqui

naribus. ideo loquendo sentitur sonus in eis.

Cur uoces melius audiuntur de nocte q̃ de die. ❡ An in illa quiescit aer quia non mouetur a radiis solis nec eleuátur ua pores indisponentes medium & instrumenta auditus.

Cur aures natantiũ in mari interdum frangũtur. ❡ An aqua maris calida & salsa adeo penetrat ut nedum aures sed etiã instrumenta intrinseca ledere possit.

Cur sordicies auris est amara. ❡ An superfluitates & sudores a calore putredinis fiunt salse & continuata alteratiõe ama re. est etiam colerica quia citrina.

Cur inquit ꝙ scalpentes & fricantes aures tussiũt. ❡ An hñt meatũ cõmunẽ cũ pulmone & trachea arteria ꝑ neruos qui oriuntur a parte anteriori cerebri. signum est quia interdũ egritu do pulmonis terminatur cum apostemate auris. fricatio igitur li quefacit hũiditates q̃ eũ defluũt ad pulmonẽ expellunt̃ ꝑ tussim.

Cur inquit ꝙ ceci a natiuitate plerũꝙ sunt sapiẽtiores surdis. ❡ An spiritus & uires anime illorum non distrahuũtur ex trinsecus. ideo cõmodius discurrũt & speculantur saltẽ in illis q̃ non dependent ab obiecto uisus. Licet enim careant oculis nõ tñ sensu discipline. in sciẽtiis uero practicis surdi ab origine preferũ tur cecis presertim in parte ꝑtatica que imediate dirigit in opus quia enim hec potius acquiritur exemplis & experientia. ideo & si surdi careant auditu possunt tamen mediante uisu peruenire in cognitionem illorum que acquiruntur cum illis duobus qua fa cultate priuantur ceci.

Cur tot reperiunt̃ diuersitates idiomatũ. ❡ An fuerunt cau sate iudicio dei in illa structura turris Babylonice. An licet impositio nominũ sit ad placitũ quia tñ res & conceptus sunt idẽ apud omnes. ideo illa solent sepe imponi ex aliquibus effectibus seu accidentibus rerum ut apud nos fertur de lapide a ledendo uel serpente a serpendo. indiuiduorum uero impositio in eodem idiomate est solum ad placitum.

Cur aliqui putant cōtinue audire strepitum seu sonos & uoces exterius que in ueritate nō sunt. ❡ An strepitus accidit ex collisione uaporum siccorū qui sunt permixti cū aere interiori quieto. Sed interdū percipiunt uoces quia species ipsarū alias percepte impulse ab illo motu representant potentie auditiue. & ea ratione quidam putant in somno audire predicta qm similitudines eoꝝ reseruate in organis quibus sepe utebant in uigilia tūc representantur imaginatiue que recipit illas ac si de nouo ei offerrentur. & quidam putant audire defluxus aquarum qn uapor liquidus cōmiscetur cum illo aere intrinseco & qn esset uentosus causaret sybilū diu durantē qm uentus tardius resoluit respectu uaporis presertim cum fouetur aliunde.

Cur licet in aere sit sonus & motus sonus tñ pcipitur manifestius. ❡ An cū sonus sit sensibile propriū & motus cōe aer alterat auditū potius cū sono q̄ cū motu a quo tñ cū pendeat i fieri & cōseruari diuidatur etiā ad diuisionē aeris & habeat partes succedentes secundū tēpus que terminātur ad mutatū esse seu ad sonatū esse. ideo impossibile est ut separet a motu nedū in esse sed etiam in percipi. Et deniq cū totus sonus percipiatur i qualibet parte medii. ideo quidā putabāt ꝙ totus esset i quauis parte aeris quod si esset intelligeretur representatiue. & licet causetur per unū dam uocalem quia tamen ubi fit prior percussio aeris prius sentitur ideo homo fere statim percipit uocem suam.

Cur dicit ꝙ si sonus esset ubi est auditus perciperetur absq alia specie exteriori. ❡ An licet sensibile imediate supra sensum nō sentiatur. nō tñ est par ratio respectu organi qn nō posset notabilr ledi tūc enī nō ipedit oīmoda sensatio ut accidit i strepitu in miringa auris q̄ uel est organū uel cōtigua organo auditus.

Cur plures pñt audire eundē sonū ❡ An ut aiūt aer pcussus multiplicat illū instar pcussiōis facte in aqua a lapide que se multiplicat in circulū cōtinuū. unde qui audit i parte aeris audit totū sonū qa mouet ad oēm differētiā positiōis. & ꝫ nō possimus

uidere eūdē colorē ex oī parte qa est qualitas fixa audimus tamē eundē sonū quia totus representatur in qualibet parte.

Cur in nouis domibus cum sunt exsiccate magis q̄ in antiqs audiunt soni & uoces. ¶ An noui parietes hnt leniores suꝑficies a quibus fit maior reuerberatio q̄ ab asperis.

Cur inquit Aristo. q̄ oibus concinendi generibus homines delectant & gaudēt. ¶ An illud accidit rōne similitudinis quā habēt uoces cōsonātes cū tēperamētis illorū. cōcitatur quippe natura quoniā sicut diuerse cōsonantie causant armoniā pariter ex diuersis elementis & qualitatibus resultat hūana tēperies.

Cur uasa munda siue cōstent ex lignis siue ex terra cū proiciuntur aut cadūt uacua plus sonāt q̄ plena. ¶ An in uacuis plus continetur de aere. ideo cū repercutitur melius sonat & magis quando proiciuntur deorsum. descendendo enim dēsatur aer & melius custoditur in uase quare expulsus fortius reuerberat.

Cur aqua frigida cū effūdit maiorē cāt sonū q̄ calida. ¶ An est grauior grossior & spissior quare magis pcutit aerem.

Cur homines natura calidi habent magnā uocē. ¶ An oportet q̄ multum aerem trahant quia maiori indigent refrigerio aer autem ualde calefactus cum debeat maiori conatu expelli. ideo sequitur uocis magnitudo.

Cur uox a longe percipitur acutior. ¶ An continue subtiliatur quare acuitur.

Cur nonnūq̄ uoces uigilantiū sunt magis aspere. ¶ An illud accidit qñ ex longa uigilia acuitur calor hic enī uel exsiccā do instrumēta uel trahendo ad illa humidū exasperat uocem.

Cur plorantiū uoces sunt qñq̄ acute ridentiū uero graues. Utrum ut inquit Aristo. plorantes minus respirāt qa dolor indispōit & coartat organa p que uox prodit acutior que etiam propter īpedimentū nō expellit fine conatu. & qm̄ in gaudio & risu procedūt spūs & calor ex corde ad circūferentiā cūq̄ trahāt secū humiditates. hec aūt faciunt uoces ridentiū grauiores.

Cur boues seniores acutius uociferant q̃ uituli. ℭ An ut ait hñt pulmonẽ cũ neruis ficcioribus p quos mouet̃ ueluti p cordas tensas q̃ acutius sonãt. Et licet animalia euarient uoces ex sexu etate cõplexiõe & dispositiõe remoto tñ impedimẽto iunio ra uociferãt acutius qm̃ hñt organa magis munita. unde exeũtes p illa ex maiori impetu sunt acutiores & maiores. Quod tñ hũi ditates & pinguedines possint causare acutẽ. patet in mulieribus & pueris. nec incõuenit q̧ hũiditas in diuersis organis puta senũ & iuuenũ faciat uoces acutas & graues: nã & rixãtes ex augmẽto caloris exasperãt arterias pectoris & trahẽtes ad eas humiditates faciũt uoces graues & aliqñ minores & tñ cũ impulsu possent p ferri maiores. unde Aristo. inquit q̧ eunuchi in quibus calor ex carentia testiculorũ nõ reflectitur cum non possit resoluere hu miditates uoces ipsorum sunt acute & minores.

Cur uoces hoĩum in hyeme sunt grauiores. ℭ An in ea sup habundãt hũiditates tũ ex sõno prolixiori tũ ab aere crassiori q̃ tractus cũ anhelitu obstruit istrumẽta pulmõis p que trãseunt uoces. idem accidit bibentibus multũ uinũ qm̃ uapor istius ob struit loca pdicta. interdũ tñ sunt acutiores in hyeme presertĩ flãte Borea qm̃ organa sunt magis extẽsa seu frigiditate coangustata.

Cur aũt q̧ uox grauis melius audit̃ de ppinquo acuta uero melius a remotis. ℭ An grauis ẽ minus apta diuidere aerẽ unde cũ minus ptrahit̃ seu distendit̃ in lõgũ pcipit̃ magis unita acuta uero distensa fit acutior pq̃to paucus aer citius fertur unde clarius se offert & si propter tenuitatẽ nõ percipiatur articulata i qualibet distantia & ad longã euanescat.

Cur febrientes interdũ corrupte uociferant. ℭ An cãna pul monis qñq̧ exasperat̃ ab intẽso calore uel qñ replet̃ reuma te due eum augentur possunt uocem corrũpere.

Cur nõnunq̃ uox reflexa retinet eandẽ figurã & aliqñ corrũ pit̃. ℭ An cũ anguli figure uocis & aer p quẽ defert̃ rep cussi ab obstaculo nõ frãgunt̃ repsentãt similes quod tñ accidit

raro fracti uerò in partes dissimiles non retinent figuram. unde & si possit percipi sonus non tamen ut uox & cum franguntur in totum non percipiuntur.

Cur dñt q̃ sõus echo.ẽ acutior prio. ¶ An audit a loco magis remoto a quo continue attenuatur quare acuitur.

Cur sal in ignem proiectum frangitur & sonat. ¶ An licet calidum & siccum interius tamen retinet aliquid humiditatis. Et quia ignis in superficie facit crustullam que scinditur quando humiditas uentosa interius uigorata seu ampliata egreditur cum uiolentia, tunc enim sonat quia omne quod scinditur aerem uerberat.

Cur partes salis ualde parue in ignem proiecte statim sonant. ¶ An citius scinduntur quia minus resistunt & q̃to minores acutius sonant proiecte tamen in magnum ignem parum uel nihil sonant quia statim aduruntur.n õ enim expectãt incrustari.

Cur aliqui pueri interdum loquũtur ante statutum tempus. ¶ An potius loquela prius manifestatur in illa etate quod fecit natura qm̃ cũ illa melius & cõmodius querunt necessaria uite quam cum auditu qui tunc non est adeo oportunus.

Cur inquit Aristo. q̃ pueri ante tempus seminis aliquando balbutiunt seu adimunt sillabam unam uel plures uel inter secant dictiones. ¶ An forsan lingua ante tempus pubertatis sicut alia membra imbecillia non potest deseruire memorie uel intellectui. ¶ An sicut cũ organis incompletis imperfecte loquuntur pariter cum impeditis balbutiunt sed tempore seminis organa iam completa minus impediuntur.

Cur ait q̃ balbutientes cum se exercent uel timent magis balbutiũt. ¶ An cũ calor timoris & exercitiũ deferunt humores frigidos ad instrumenta uocum uertunt humiditates in uapores qui delati ad linguam magis impediunt uoces.

Cur balbutientes cum inebriantur minus balbutiunt. ¶ An forsan calor uini presertim potentis resoluit superfluitates im

dientes loquelam uel forsan natura roborata facit maiorem co-natum. Qui uero non balbutiunt melius loquuntur sobrii.

CVr uoces timentium interdum tremunt. ¶ An calor istorum reuocatus pungit loca sensibilia & instrumenta uocum que priuata presidio proferunt uoces tremulas.

CVr ossitantes minus audiunt. ¶ An uapores & fumi q ele-uantur cũ ea petũt caput & neruos auditus molestant. os ẽt dum aperitur impedit qm̃ mandibule cõtinuatur cũ craneo.

CVr Castanee cum ponũtur ad ignẽ uel sub cineribus crepi-tant & causant sonũ. ¶ An hũidũ uẽtosum illarũ cũ incipi-unt decoqui nõ põt exire. ꝓhibet enĩ a corticibus duris. cũ uero acuitur a calido frãgit corticẽ uiolẽter ex qua sonus causatur.

CVr dicitur ꝙ porri faciunt uocem clariorẽ & conferunt tus-si. ¶ An hñt humiditatẽ abstersiuã mundantem pulmonẽ & pectus ex quo uox fit clara & tussis facilis.

CVr cõtinẽtes flatũ melius audiũt q̃ exspirãtes. ¶ An ut di-cũt aer dũ noua ĩspiratiõe attrahit intus sonat. iõ ꝓhibet au-dire uoces exteriores. retẽtus uero ãpliat meatus & cõfert auditũ.

CVr uox natura leuis interdũ melius auditur inferius. ¶ An cuius causatur ex motu aeris hic ingrossatus & factus humidi-or & ponderosior fert uoces deorsum.

CVr uox pertrãsit corpora solida. lux uero licet spiritualior non põt per illa transire. ¶ An cum hec feratur per lineam rectam statim reflectitur cum inuenit obstaculum. uoces uero & soni possunt circũquaq; moueri & quod obstat sibi in uno loco non põt ei obstare in alio. obseruat enim riuulos & fissuras.

CVr & si mlti eodẽ tpe ĩcipiũt cãtare uoces. tñ eorum ꝑcipiũt di-uerse. ¶ An diuersis mõis ꝑcutiũt aerẽ puta ĩ lõgũ uel ĩ latũ cõcẽtus uero diuersi nõ ex tpe sed ex diuersis ꝓportiõibus cãnt.

CVr cum incipiunt cum eodẽ tenore uoces percipiunt maio-res q̃ cum diuersis. ¶ An aer eque a multis percussus forti-us impellitur quare & fortius percutit auditum.

TRAC. IIII.

CA. I. DE ORGANO ODORATVS.

Quoniam autē potentia seu uis que odoribus afficitur & illos distinguit est cognitu difficilis patet nam quidā dicunt q̄ procedit a corde. alii cerebro saltē immediatius cumq; animalia que anhelant suscipiant que eis offeruntur medio aere attracto per nares: retēto enim uel expulso flatu nō odorant ideo aliqui putant nares esse organū seu principale instrumētum ipsius. Alii uero uolunt esse duas caruunculas papillares que sunt ueluti capita uberū in extremitate cerebri anteriori quod nō uidetur uerū quia tunc opilatis naribus attracto aere per os sentiretur odor quia in palato est foramen apertū terminatū cū naribus per quod potest aer cū uapore trāsire ad carūculas predictas & cū dicūt q̄ lesis carūculis sine lesione nariū prohibet odoratus nō obstat quia et lesis tunicis extrinsecis oculi destruit̄ uisio q̄ tū non sunt principale instrumētū uidendi. ¶ Sed cū Arist. dicat q̄ aialia que anhelāt nōn odorāt nisi prius mediante aere attracto remoueatur cooperculū cumq; homo sit debilioris olfactus rōne nature cerebri ideo opotet secundū eū organū olfactus esse ī isto & sm̄ aliquos est quedā cartilago iuxta ipsum. uerum cū nares nō sint pducte solū propter melius ut palpebre in oculis sed sint necessarie qa sine eis nō pñt distingui odorabilia. īō & si opinio de carūculis sit forsā potior tū qa odoratio termīat̄ ad illas tū qa nares nō cōferūt ad odorādū sine illis cū narib⁹ tñ meli⁹ distīguīt̄.

CA. II. DE QVALITATIBVS ODORABILIVM ET IMPEDIENTIBVS ODORARE.

Cvm autem dicitur q̄ odor est passio sicci ab humido oportet supplere digesto a calido & propterea odor non est uapor quia iste est aqueus. nec simplex fumus quia pisces in aqua odorant dum querītant alimentum quod esset impossibile qā ille ī ea stati corrūpit̄. Vex & si capiēdo fum ū p simplici exhalatiōe nō sit forsan congrua materia odorabilium non

tñ pót negari q̃ ,pq̃to resoluit̃ ex substãtia istorũ & defert̃ p aerem uel aquã ad potẽtiã odoratiuã ut p mediũ nõ sit talis materia ut patebit. ¶ Nõ dico q̃ ista duo sint solũ media q̃bus deferũt̃ odores, sed ẽt colores istis inq̃tũ sunt actu dyaphana illis ,p quáto sũt lauabilia hoc est inq̃tũ fumus sucatus cõmiscet̃ eis. Et Aristo. in/ quit q̃ odoratus est medius qa cõuenit cũ uisu & auditu inq̃tum sentit p mediũ extraneũ & cũ gustu qa odor coniungit̃ cũ sapore cũ tactu aũt qa siccitas & humiditas sũt qualitates tãgibiles, tenet̃ etiã q̃ auditus sit medius qa magis participat cũ aliis. ¶ Animalia tñ nõ equaliter odorãt sicut nec equaliter uident puta habẽtia oculos duros uel que carent palpebris. carentibus uero anhelitu sufficit ut offeratur eis odorabile: quia & si non exspirent anhelãt m̃ intus, nã ut inqt Aristo. etiã hñtia pulmonẽ habẽt cooperculũ interius quo ĩpedito nõ odorãt nec mirũ qm̃ ẽt palpebre coope riũt oculos & si illud per anathomiã nõ pcipiat̃. alia uero aĩalia ab hoĩe ut plurimũ nõ pcipiũt odores ut delectabiles uel tristabiles nisi p relationẽ ad gustũ p3 qm̃ nõ deuitãt fetida. Solũ enĩ fu/ giunt qũ reperiunt̃ in illis qualitates apte corrũpere naturã q̃ sa/ ne potius accidit ex potentia tactiua q̃ odoratiua.

CA. III. DE COMPARATIONE ODORVM AD SAPORES ET NATVRA ODORABILIVM.

SVnt aũt odor & sapor ualde propinqui. nã & ambo exi/ gunt humidũ & siccũ nec forsan reperit̃ aliquod odora/ bile quod non sit gustabile & cõuerso. licet sapor sit prĩcip aliter passio humidi a sicco. odor uero sicci ab humido. & qa gustus in homine est perfectior odoratu cũq̃ species proprie odo/ rum nos lateant generantur etiam & corrumpuntur fere ex eisdẽ causis. ideo differentie odorabilium nominantur per illas sapo/ rum que sunt septem uidelicet dulce/amarum/pingue/ponticũ/ austerum/stiticum/& acutum. ista similitudo est potius quãtum ad materiam qm̃ inq̃tum nocent uel conferunt habent aliã distin ctionẽ. patet quoniam quidam odores sicut & sapores delectant

unū puta famelicū qui in repleto inducunt nauseā. odores uero florum interdū permiscentur cū ferculis seu cibis nō ut nutriant sed delectent uel confortent. uocamus etiā aliquē odorē gratum aliquē ingratū aliquē suauē propter similitudinē. sed licet ista di cant. multa tñ sūt dulcia in sapore q̄ nō odorantur ut talia & ecō uerso. aliqua ēt carent odore & sapore ut elemēta ac etiā mixta q̄ nō sunt apta euaporare. ut lapides inter metalla uero que sūt magis sulfurea puta es ferrū odorāt similiter argētū & stagnū sed parum & aurum nihil & aqua maris odorat quia salsa & humida. ¶ Qui uero dñt q̄ nec ē fumus materialr cōsideret q̄re Aristo. tribuit ignē odoratui. cū enim locauerit organū istius in cerebro quod est frigidius & humidius ceteris partibus corpis & q̄a illud est tale in potentia qualis est odor in actu. ideo iste est de natura ignis. non enī ista euaporatio uocaret fumus nec cito defereret nec forsan cōferret cerebro nisi iuuaretur a leuitate ptis igneę. Et quando inquit q̄ odor est passio sicci facta ab humido commixto non intelligitur absolute quoniam hec sunt passiua. nec frigiditas est in causa quia potius prohibet accessus odoris. ideo causa agens erit caliditas digerens illa sine qua uniuersaliter mixta non producuntur. Alii tenent q̄ quando in istis uel partibus istorum predominat hūidū aereū aptū effumare terminatū subtili terreo nō īdurato a frigido ista inq̄ tēpata certa pportiōe odorāt sicut distēpata seu corrupta fetēt. Tenēdo tñ q̄ efficiēs sit caliditas nō obstat q̄ multa frigida odorēt puta flores. nenufaris qm̄ calor defert partes frigidas calefactas. nam & aliqua non odorāt nisi calefacta puta lignū aloes & aliqua indigēt fricatiōe manus.

CA. IIII. DE DIVERSITATE ANIMALIVM IN ODORANDO.

Q Vedam autem animalia acutius odorant ut canes & aliqua longius uident ut linx & aquila & quedam remissius odorant ut hō qui tamen melius distinguit q̄a iuuatē spiritualiori potētia & artificio. si enim haberet sensum acutum

impediretur forsan expellere prauam exhalationẽ. qm̃ si acuties nõ stat cum tanta humiditate sine multa caliditate. ista uero esset potius apta attrahere & retinere. sed natura dedit aliqbus anima/libus acutiem ut cũ ea querant alimentum. homo autem licet de lectetur & tristetur cum illis non tamen percipit ualde remissos nec ita a remotis sicut alia. quoniã istud ꝓhibet magnitudo / hu miditas/& frigiditas cerebri. sed causa magnitudinis fuit tum qa plura & maiora erat operaturus tũ ut posset diutius dormire & quiescere. sustinet enim longe plures labores. Causa uero frigidi/tatis fuit ut cõtẽperaret caliditatẽ cordis. sedꝗ raro somniat odo rabilia accidit quia debiliter imprimunt. & raro occurrũt de no/ cte. Et deniq; cum potentia odoratiua sit organica ideo potest si/mul suscipere que fetent & redolent.

CA. V. DE MVLTIPLICATIONE ODORIS ET IMMVTATIONE MEDII.

Probat autem Auer. ꝙ odorabilia possunt etiam defer/ri intentionaliter quia tygres mouẽtur per quingẽta mi/liaria. unde dato ꝙ euaporatio esset ignea quia rarior ce-teris nõ posset deuehi ad tantã distantiã adhuc odor percipitur ĩ aqua in qua pisces distinguũt nutrimẽta. si igit̃ deferretur realiter destrueretur in aqua a frigiditate & in aere ab hũitate qa hec due sunt qualitates contraire odorabilibus. Considerantes tñ ꝙ sicut sapor est passio humidi pariter odor sicci nõ absolute qa nec ille in humido nec odor in sicco puro sed in mixtis in quibus re/periuntur alie qualitates & si quedã intense quedã remisse. qa igi tur sicca non odorãt sine humido nec istud sine sicco sapit. Cũq; euaporationes contineant aliquomodo naturam istorũ. ideo me/dia per que trãseũt nõ uidenẽ posse ĩmutari nisi realiter multipli catio etiã intẽtionalis fit ĩ instãti q̃re fumus decisus ab odorabili pueniret statĩ ad sensũ cuius oppositũ p3. nec poma & qdã fructus ex multa odoratiõe fierent minora. si etiam immutaretur solum spũalr̃ nõ pcipeꝛ pus ab eo q ẽ ppinqor odorabili q̃ a remotiori

nec unus odor impediret aliū sicut nec similitudines contrarioꝝ sunt in medio contrarie nec adeo manifeste confortarent cerebrū intentionalia nāq; occulte immutant & tñ fetor remanet in nari bus per tempus absente obiecto & odor afficit uestimenta. unde si Arist. cōcederet qđ sit fumalis euaporatio tūc sequitur qđ nō multiplicet nisi realiter sicut patet experientia. nam qui uult odorare facit conatum. sed considerantes ꝙ ad longam distantiā ad quātā dicunt posse percipi odores prius corrumpatur euapo ratio. ideo ante resolutionem potest multiplicare suam similitu dinem intentionaliter & sic immutare potentiam spiritualiter ut accidit de aliis sensibus. nec propterea animalia nutriuntur odori bus quoniam sunt qualitates. nutrimentum uero est mixtum cor pulentum quod prius descendit ad stomachum. odor uero ad ca put nec natura inuenit odorem ad finem nutriendi sed potius di stinguendi seu prosequendi nutrimenta. & dato ꝙ habeāt esse rea le & conferant egrotis illud est confortando spiritus & cerebrum ex quo totum corpus recreatur.

CVr aiunt ꝙ homo symus peius odorat & sepe profert fetidū anhelitum. ¶ An si odoramus respirādo symi uero habent meatus restrictos qbus prohibeť facilis respiratio. Cūq; aer inspi ratus diu retentus in illis sepe putrescat ideo emittunt fetorem.

CVr animalia tempore pluuie minus odorāt. ¶ An aer seu fumus factus tūc humidior cum trahitur indispōit organū & spiritus. unde nec canes tunc sunt apti ad uenationem nec ipe estatis quia calor intensus resoluit fumum odorabilem.

CVr Gūmi & incensum sentiunť a remotis suauiores. ¶ An sicut fumi tēperati & suaues magis delectant de propinquo quia non egent ulterius disponi pariter illa duo. ut alia multum acuta nisi diffundantur per aerem donec in eo remittatur acuties offendunt potius odoratum cum tamen multum diffundūtur re soluitur odorabile.

CVr dicitur ꝙ plante super quas inclinatur arcus yridis hñt

suaué odorem presertim myrthus & uites siluestres. ¶ An licet colores uiridis non sint forsan proprie tales denotant tamen caliditatem habentem uim temperandi humorem uel aperiendi poros plantarum qui prius non permittebat illas proferre fumum odorabilem.

CVr aliqua odorabilia cōmota maioré proferunt odorem. ¶ An ex motu calefacta magis euaporant. tempora enī & loca frigida & aer grossus prohibent diffusionem odorum.

CVr aromata sup cineres uel sup remisse calida melius redolēt q̄ sup igné. ¶ An ignis illa decoquit quare potius resoluit uaporé remisse uero calida deferunt cōmodius fumum.

CVr dicitur ꝙ habentes asperum umbilicum delectant̄ odoribus rosarum. ¶ An ut inquit Aristo. quod delectat est proportionatum & simile. unde si problema esset uerum cum rosarum stipites sint spinosi & asperi consimiles umbilico propter similitudinem plus ceteris delectantur cum rosis.

CVr dicitur ꝙ uina in cyato commota & aliqua lymphata melius odorát q̄ pura. ¶ An motus facit illa magis rara aqua similiter presertim quando uina sunt grossa tunc enim fumus ex eis melius dissoluitur in puris uero conseruatur intus.

CVr Anisum & petrosillum redolent & prouocant urinam. ¶ An redolent quia digesta & calida sed prouocant quoniam eorum calidum liquefacit humiditates & aperit uias quibus solet expelli.

Vr urine que diu retinētur sunt fetidiores stercora uero ecōuerso. ¶ An ista diu retenta exsiccant̄ a calore nature aquositas auté urine quia humida non apta digeri retenta putrescit sit etiam propter sedimina uel ypostases sibi coniunctas.

CVr fetida cum comeduntur minus percipitur fetor illorū. ¶ An uapor cibi delatus ad cerebrum per foramina palati prohibet percipere fetorem.

CVr planté excise etiam si non exsiccentur non fetent ut ani

malia. ℭ An no habent superfluitates aptas uerti in putredine[illegible] si in longo temporis interuallo.

CVr dicit Aristo. ꝙ carnes oīum animalium excepto pardo fetent. ℭ An carnes quarum humiditas non resoluitur labore uel non regitur naturali calore putrescunt & fetent. Pardus uero tum continua exercitatione tum eius natura aerea caret hūiditate putrescibili quare & fetore.

CVr fetida cum plus supercalefiunt magis fetent q̃ si infrigidentur. ℭ An forsan non magis fetent & si plus sentiant. Si enim fetor defertur per fumum calor tunc fouet & extendit ipsum. frigidum uero restringit & impedit motum illius.

CVr urina comedentium alleū fetet. ℭ An humiditates conuertende in urinam inficiuntur ab alleo & putrefacte proferunt fetorem similiter porri & cepe nō autem raffanus quia licet acutus non tamen prouocat quia non petit uias illius. interdum tamen alleū resoluit & prouocat quia ut ait Aristo. sumptū in maiori dosi assimilatur agarico cuius ratione soluit sed in minori ꝓuocat quia assimilatur feniculo & aniso. ℭ An forsan est uentosum quare in maiori cōprimit cibum inferius. in minori uero ꝓuocat quia liquefacit & subtiliat humores quos natura tanq̃ inhabiles pellit ad loca inferiora. Sed retinet raffanum quia non profert fetorem & cōfortat spiritualia membra.

CVr aspargus comestus facit fetorem in urina. ℭ An & si ꝓuocet relinquit tamen in ea quandam humiditatem subtilē que sicut cito putrescit pariter cito fetet.

CVr flatus ieiuni fetet non autem cibati. ℭ An uapores humorum corruptorum ascendentes inficiūt flatum ieiuni cibus uero reprimit uapores. Calor etiam digerens conuersus ad digerendum non sinit interea exhalare fumum corruptum.

CVr homines magis fetent sub brachiis quā in aliis partibus corporis. ℭ An loca illa & si ualde porosa prohibētur tamen euentari unde uapores illic retenti putrescunt & fetent.

CVr aliquorum hominum pedes ualde fetent. ¶ An motus continuus cogit interdum descendere humiditates aquosas que cum non resoluuntur nec conuertuntur in ungues. corrupte illic proferunt fetorem. uniuersaliter enim in quibus ille habundant habent non solum pedes sed etiam sudores fetidiores. quod enim bene digesta calore faciant meliorem commixtionem sicci cum humido resoluta putredine. signum sunt fructus terre orientalis declinantes ad meridiem.

CVr dicunt q̄ unguenta calida cōmixta cum sudoribus fetidis faciunt istos fetidiores. ¶ An illa magis aperiunt / dilatant / & rarefaciunt humiditates & sudores causatos ab eis. quare istorum uapores possunt cōmodius & in maiori copia deferri quibus fetor multiplicatur & odor unguentorum obtunditur. secus de illis que constant ex substantia tenaciori puta sandali quia licet tam albi q̄ rubei sint frigidi & sicci prohibēt tū̄ defluxū & putredines aliorum uaporū & ex parte calefacta odorant sine impedimento.

CVr inquit Aristo. q̄ anhelitus gibosorum seu habentium partes āteriores uel posteriores magis eminetes utplurimū emittitur fetidus. ¶ An tortura pectoris utcū̄q; pēdeat distrahit pulmonem ab eius situ. unde cum non possit cōmode dilatari & cōstringi nec aerem factum innutilem debite expellere seu euē... ideo corrumpitur digestio ex qua non solum fetent sed in... moriuntur.

TRAC. V.

CA. I. DE ORGANO GVSTATIVE ET COMPARATIONE IPSIVS AD TACTVM.

HActenus de odoratu quia est medius iter quinq; exteriores & magis conuenit cum aliis duobus ratione medii extrinseci. Nunc de Gustu qui licet cōueniat cum tactu quoniam ambo sentiūt per medium intrinsecum differunt tamē quia sicut sapor obiectū gustus differt a tangibili obiecto tactus

pariter interse. Sed gustus uocatur quida tactus tũ quia est in humido tum quia tãgibiles qualitates sunt etiam in parte in qua est gustus & uterq; est sensus nutrimẽti. ℭ Et licet quidã dicãt q; iste due potentie procedunt ex septem paribus neruorum uenientiũ ad linguã non tñ consonat experientie qm̃ interdum leditur gustus remanente tactu illeso. dices forsan q; istud accidit qa ad istũ põt accedere q̃titas spũum qui sufficerent ei & non ad gustũ: sed ista non est ratio sed qm̃ tactus est prior, ideo ex impedimẽto ipsius impedit̃ ille qui est posterior & si forsan possit imutari gustus absq; imutatione tactus: quia percipi sub ratione gustabilis & nõ tangibilis quare habent diuersa organa. Tactiua etiam habet totã carnẽ p medio & gustatiua linguã. ℭ Credẽtes tñ gustũ esse tactum distinguũt duplicẽ tactũ unũ uniuersalẽ in toto corpore & aliũ particularem in lingua sed utcunq; nõ põt negari q; organũ seu instrumentũ gustus sit uersus radicẽ illius quia illic sensibilius & melius percipiuntur gustabilia. ibi enim terminant̃ plures neruuli & inest plus de humore saliuali qui est potius mediũ gustandi. & a duabus uenis terminatis cum lingua defluit quidam humor qui operatur ut sapores possint ab ea actu distingui. eius tamen complexio debet esse temperata non habundare humiditate. quia hec obtunderet uim degustandi nec ariditate quia non esset pportionata gustabili. ℭ Sed quia secũdũ Aristo. organũ tactus est cor cũq; teneat q; uterq; sit sensus alimẽti quare ide infert de gustu. Verum cũ ambo sint distinctiui diuersorũ obiectorum ideo uidentur immediate esse in cerebro propter necessitatem spirituũ animaliũ in distinguendo ut dicebat prior opinio. Et deniq; cum potentia gustatiua habeat organũ extensũ. ideo põt simul immutari a dulci & amaro seu pontico & acuto & aliis.

CA. II. DE GENERATIONE SAPORVM.

Aristo. refert plures opiniones de generatione istorũ. Prima habet q; origo saporũ est aqua que licet percipiatur insipida qm̃ corpuscula ex qbus illi generant̃ ob paruit

taté latét in ea diuersitas uero illorū apparet qñ illa indiuisibilia separata ab aqua cōmiscēt. ¶ Alii aūt tenebāt ꝙ sola diuersitas partiū eius euariet sapores. ut enim diuerse plante generantur ex diuersis seminibus pariter fructus illarū uarianť in sapore ex diuersis aquis quibus nutriunť. Et alii ꝙ accidat ex diuersa actione caloris in aquā. Sed Aristo. primo improbat ꝙ aqua non sit materia illoꝝ. qm̄ ista nō coucurrente a sola caliditate solis uel ignis oēs fructus mutāt sapores. de sole patet ex se & de igne qñ coquūtur. nec sapor accidit aque ex eo ꝙ ipsa tantū altereť a sole qm̄ est subtilior quolibet humore nō apta nutrire corpora dura. elemen ta enim pura non nutriūt. si enim nutriens saporabile debet esse digestum oportet ut ingrossetur. aqua uero potius exhalat actione cuiusuis caloris. Si dicas ꝙ oleū est subtilius qȝ supnatat ei & magis extendiť. nō est sic qm̄ etiā lignū supeminet aque. & tñ est grossius supeminere uero accidit propter multos poros istoꝝ duoꝝ q sunt pleni aere sed oleū extendiť magis quia uiscosius patet quia uix pōt digeri. Verū cū sapor sit qualitas tercie speciei cuius subiectū est humiditas cōtraria siccitati. ideo pōt recipere sapores a locis & mineris terre per quas transit. patet qm̄ quidā fōtes sunt amari quidam dulces quidam salsi quod nō accidit nisi ex dispositione terre.

CA. III. DE NOTITIA SAPORIS ET EIVS SPECIEBVS.

Siccū igiť terrestre generat saporē in humido. si enim istď est aptū pati ab illo & calido & terra est primo sicca & ignis primo calidus. iō cū illud alteratť ab illis duobus ī duciť in eo sapor. Signū est qa lauātes pannos in aqua pmiscent cū ea colores & sapores illorū similiter aqua colata p cineres remāet amara & qñ est adustus amarissima similiter siccitas terrea alterando aquā. & propterea Aristo. diffiniens saporem inquit ꝙ est passio alteratiua gustus de potentia ad actū facta a sicco terreo in humido mediāte calore sed uocat saporē passionē. qm̄ sensus

debet actuari a sensibili gustus nãq; est in potẽtia qa gustabile p̄p̄ situ supra linguã nõ pcipit ab eo nisi reducat ad actũ cũ hũido. ℭ Comparauit etiã Aristo. spẽs saporũ ad colores tũ in numero qa totidẽ sunt spẽs utriusq; tũ qa sicut albũ & nigrũ sũt ueluti elemẽta ex qbus gñant colores medii pariter ex dulci & amaro sapores uc3 salsus/pôticus/austerus/stiticus/& acutus quoq; aliqui s: tenẽt ex pte dulcis qdã amari. Sed sm aliquos dulce est mediũ qm hẽt pportionẽ terminatã humidi cũ sicco declinãtẽ p calidũ & hũidũ & oẽs alii sunt extremi puta amarũ & salsũ ex una pte stiticũ uero & pôticũ ex altera & sic d' aliis. ℭ Dicit tñ q̄ cõparando sapores ad suas cãs dulcis ẽ medius sed cõpando ad suũ genus dulce & amarũ sunt spẽs extreme q̄si pma cõtrarietas illius gñis qd' uidet qm amarũ nõ mutat i dulce nisi pus trãsmutet in aliqd' illorũ ut accidit de aliis cõtrariis mediatis. sed ista diuersitas forsã accidit qm aliq accipiũt cõtrarietatẽ saporũ penes calidũ & frigidũ alii penes hũidũ & siccũ. nec ut ait Aristo. sapores debẽt reduci ad figurã ut ad sensibile cõe rõne obtusi & acuti. Sequeret. n. q̄ uisus pciperet sapores & gustus distingueret figuras qbus etiã nihil cõtrariat sed omnia sensibilia propria habent contraria. Et deniq; sicut fere sunt infinite figure essent infiniti sapores.

ℭ Quid est in cã q̄ si cibus dulcis ualde nutrit. solẽt tũ pmisceri cũ eo illa q̃ permutãt dulcedinẽ puta salsa & accetosa & herbe tenerrime. ℭ An ista acuta cõcitãt appetitũ sine quibus etiã cibus dulcis qa ualde cõformis nature traheretur forsã indigestus quare obstrueret meatus & impediret transitũ nutrimenti ad mẽbra & faceret nauseam quoniam supernatat in stomacho.

Cur farina ordei cõmixta cum potu praui saporis tollit defectum illius. ℭ An cõtrahit ad se quod distemperat. ex noua etiã cõmixtione causatur alia proportio & alius sapor.

Cur farina predicta iuncta cũ potu dulci nõ aufert sed facit dulciorẽ. ℭ An lenit & cogit potũ p poros angustos lingue, cõmodius discurrere & ingtum uiscosa diutius permanere. unde

& dulcedinem melius percipere.

Vr interdũ usitata minus delectant. ℭ An natura super illa que sumit sine desiderio minus auide se couertit. que etiam comeduntur sine intermissione prosternũt appetitũ. nam & flamma extinguitur in multo oleo & sermones qui sepissime referunt fastidiunt audientes.

Vr castanee & multa alia infrigidata nõ delectãt sicut calida. ℭ An cũ hũidũ qd' erat cã dulcedinis iduratur a frigido nõ facile penetrat poros ligue q̃re nec adeo delectãt. Et licet q̃n iterũ calefiũt redeat hũidũ & delectẽt cũ tñ sepe calefaciẽdo remolliũtur & a frigido idurantur pdũt tandẽ saporẽ qa consumitur humidum.

Vr creber usus ciborũ pinguiũ & dulciũ similiter & potuũ sepe fastidit non sic de pane uino & assatis. ℭ An dulciora cito replẽt uias p quas mẽbra trahũt nutrimẽtũ. unde cũ ista prohibẽtur sugere a uenis & hec ab epate & istud a stomacho loco famis succedit fastidiũ cãtum a repletiõe. nõ autẽ panis & uini nec assatorũ q̃n non obstruunt & sunt conformia corpori nutriẽdo.

Vr cũ offertur res hñs prauũ saporẽ uel odorẽ ul' qd abhomiabile iterdũ accidit uomit⁹. ℭ An imagiatio mouet hũores q q̃n ponũtur ex custodia nãe ab expl'siua irritata expellũtur cũ uõitu

Vr iterdũ cũ alicui nũciatur qd terribile puta sũpsisse uenenũ stati ĩfrigidatur extrema. ℭ An ad timorẽ seq̃r motus spũum & sãguis ad loca itrĩseca ex quo illa puata istis frigescũt & rigẽt & si multũ coangustarentur in corde posset aĩal suffocari & mori.

Vr ficus & melones madefacti sunt dulciores. ℭ An humiditas aq̃ mouet gustũ & adiuuat ad penetrãdũ & dilatãdũ.

Vr ficus exsiccate in furno sũt magis dure & minus dulces respectu exsiccatarum a sole. ℭ An ĩ furno magis resoluitur humidũ subtile quod erat causa dulcedinis quod in exsiccatis a sole remanet quia calor ipsius coagit potius ad mixtionẽ.

Vr ficus diuise in duas partes & exsiccate sunt dulciores quã si diuidantur in multas. ℭ An ex istis exhalat fere.

totum humidum aereum quod in diuisis tantum in duas remanet. istud uero digestum causat dulcedinem.

CIRCA LINGVAM.

CVr ex qualitate lingue medici multa pronosticant. ¶ An situs illius est forsan i causa locatur enim supra sumitatem trachee arterie que est uia ad pulmonē & cōtinuatur cū extrema parte meri qua cibus transit ad stomachū & ratione istorum duorum cōicat fere cum toto corpore. unde eū undiq; recipiat uapores & fumos & retineat illos quia porosa cūq; colores uaporum ostendāt naturam humoris. ideo medici pnosticantur ex colore lingue hec tñ qñ est rubea significat temperamentum humorū.

CVr interdū cutis totius corporis coloratur colore lingue. ¶ An sicut hec pōt colorari fumis omniū humorum corruptorum pariter isti pulsi ad extra possunt colorare cutem quoniam natura leues facillime tendunt ad eam.

CVr animaliū lingue nō impinguant. ¶ An decuit illas esse raras aliter nō possent crebro moueri. Nec si essent pingues distinguerēt gustabilia. pinguedo enim obtundit temperiē & indisponit saluā que exigit ad degustandū. sunt in aliquibus latiores in aliis longiores ſm exigentiā aīaliū penes diuersa q̄ opant.

CVr qñ quis comedit dulcia lingua eius non sentitur dulcis sicut afficit ex comestione rei amare salse uel acetose. ¶ An cū ceteri sapores excepto dulci & unctuoso sint quidā excessus. ideo corrumpunt seu indisponunt gustum. illa uero ueluti cōnaturalia non ledunt: nec inficiunt quare nec sentiuntur, trahuntur etiam a natura illa uero negliguntur.

CIRCA DIVERSITATES VINI.

ARisto. aūt in libro pblematū multa retulit de isto que & si forsan fuissent locāda in caplo de nutrimento. distulimus tamen ratione diuersitatis huius potentie in degustando. licet etiā sumatur sub forma potabili cedit tamen loco cibi cum quo conuenit in caliditate & cū potu in humiditate.

CVr cum uinum dulce limphatū bibitur post degustationē austeri uel pontici pcipiē dulcius. ℭ An licet illa duo habe ant sapores oppositos dulcedini uini constringant etiam poros lingue quia tamen dulce ratione aque aperit eos & abstergendo remouet austeritatem uel ponticitatem. ideo cum postea ingredi/ tur illos & retinetur. dulcedo percipitur maior.

CVr dicunt uinum conferre super fructus frigidos. ℭ An ca liditas illius reprimit frigiditatē istorum quorum etiam ex/ cessus cum illo reducitur ad temperiem sepe tñ bibitur limpha/ tum super calidos & humidos quia ex se preseruat a putredine & aqua prohibet inflammare.

CVr si dulce bibatur post comestionē rei putrefacte apparet amarum. ℭ An putrida utplurimū amara sunt sicut dige/ sta dulcia. unde cum partes subtiles putrefacte intrant poros lin/ gue relinquūt ī eis ppriū saporē quo postea pcipit alia ut amara.

CVr inebriari soliti incurrūt sepe egritudines neruoꝝ. ℭ An uinum sepe trahitur a natura indigestum cumq; sit calidū & fumosum. ideo petens caput liquefacit in eo humiditates que cum defluunt ad neruos causant in eis dolores. infrigidat etiam cerebrum quoniam obtundit calorem illius.

CVr magis ebrii melius quiescunt & minus insaniūt. ℭ An uires cerebri illorum sunt magis obtuse & motiue impedi/ te quare ablato motu & sensu cogunē dormire. minus uero ebrii cum non sint adeo oppressi. ideo spiritus ipsorum positi in motu non sinunt illos quiescere donec uapores uini sint resoluti. inte/ rea tamen euariantur illorum insanie secundum maiorem uel mi norem caliditatem & acutiem seu quantitatem uini relatas ad na turam sumentis.

CVr bibētes uinū cū aqua plus ceteris comedūt & crapulāē. ℭ An aqua non nutrit sed aperit & dilatat poros ī quibus recipitur plus cibi. unde purū qñ est multū prouocat potius uo/ mitum respectu limphati quia istud citius penetrat uenas.

Cur semen illorũ qui solent capi ebrietate nõ generat. ¶ An descendit a cerebro quod primo leditur tempore ebrietatis An calor illorum qui sepe inebriantur ebetatur a calore uini & succedit frigiditas corporis que uiciat semen, exsuperantia etiam uini facit illud fluxibile & ineptum.

Cur & si tremor causetur a frigido sepe tamẽ uinolẽti tremũt & mouent mẽbra inordiate. ¶ An tremor accidit eis qm̃ calor uini suffocat calorem innatum uel resoluit humidũ in quo sustentatur quare membra priuata presidio tremunt.

Cur pueri licet natura calidi non tamẽ diligunt uinũ. ¶ An non multum sitiunt quia multum humidum in eis cõtemperat caliditatem illius etatis. sed etate prouecti & aliquando uiri fortes uel aliter exsiccati exigunt illud quia natura putat melius cum eo quã cũ cibo uel aqua recreari & senes cum illo cõseruare calorem innatum.

Cur sepe potus frigidus plus delectat hyeme q̃ estate. ¶ An istud forsan accidit respectu caloris intrinseci qui in hyeme unitus est intensior & maiori eget refrigerio. in estate uero factus debilior & si non sumatur cum tanta delectatione, exigitur tamẽ ut subueniat calori intrinseco & extrinseco.

Cur aũt pipatetici ꝙ q inebriant̃ sepe melius distĩguũt sapores aquaꝝ salsaꝝ. ¶ An forsã uapor uini suauis disponit & roborat adeo gustũ ut cõmodius diiudicet illos qa sũt magis ad uersẽ tẽperiei uini. Gustus uero sobriꝫ impeditus interdũ a uapori bus corruptis ex indigestione pret[illegible]a nõ põt distinguere. nã & sepe anhelitus ipsoꝝ pcipit̃ ab aliis fetidus quẽ ipsa nõ pcipit uri na tñ multũ bibẽtiũ nõ fetet qa prius mingit̃ q̃ digerat̃ nec anhe litus qa istud ꝓhibet uinũ quo sepe stomachi illoꝝ sunt repleti.

Cur ebriis aliquando uidentur oĩa moueri in gyrũ. ¶ An spiritus uisibiles positi in motu a calore uini mouẽtur in cerebro quod cum sit rotunde figure sequuntur motũ illius. cumqꝫ tam ipsi quam spiritus sensibiles a fumo uini sint facti tenebrosi.

ideo nec diſtinguũt longum a breui nec unum a multis quia tur/bati non firmantur ſuper uno inſtar rei que ex crebro ſeu ueloci/motu eodem tempore immutat pluries uiſum.

CVr ebrietas uini lymphati interdum diutius durat & affert maiorem capitis dolorem. ¶ An cum per aquam uapor il lius facilius ingrediatur poros anguſtos uentriculorum cerebri ex quibus difficilius educitur. ideo trahens moram illic magis le dit. uapor uero puri cum ſit craſſior & corpulentior nõ pót adeo profundari quare minorem inducit dolorem. Sed licet natura re ſpectu loci poſſit commodius ſe conuertere ſuper iſtum & forſan digerere uel expellere. quando tamen uapores lymphati non ſunt adhuc inuiſcati in uelaminibus cerebri facilius reſoluuntur uel expelluntur.

CVr fabri & qui ſe exercent & ſi plus bibant minus tamen in ebriantur & facilius abſoluunt reſpectu quieſcentiũ. ¶ An motus laboris auget uel acuit calorem naturalem quare citius di gerit & diſſoluit fumos illius. bibũt etiam plus: quoniam exſic/cati egent maiori humectatione & refrigeratione.

CVr uinum immodice ſumptum facit interdũ homines au/daciores & interdum maniacos & aliquando cauſat fluxũ. ¶ An cum digeritur roborat uires & calorem innatum/ robur uero prebet audaciam. Nam & corpora robuſtiora & calidiora ex quadam ſimilitudine nature exigũt potius uinũ ꝗ aquã. Cum uero perturbat humores ſi natura pellit iſtos inferius poſſũt mo/uere fluxũ. & deniq; quãdo fumi uini recluduntur in capite faci/unt amentes ſeu freneticos quia permutant naturam ſpirituũ. iſti etiam ex natura cupiunt illud quoniam ualde nutrit caput.

CVr uinum aqua multa permixtum plus concitat uomitũ. ¶ An ut aiunt queq; ſupernatantia nauſeãt donec fuerint a natura cõprehenſa. An potius multa aqua remittit calorem uini uſq; ad terminum tepiditatis que eum relaxet & remolliat uillos ſtomachi. ideo concitat & ſepe cogit uomere. Purum uero corru

gat & constringit latera illius dissoluta. Signum est quia uentres ex multo uino fiunt stitici quia humiditates facientes lubricitatẽ exsiccantur nimia caliditate uini uel fluunt cum urina. Quãdo tamen natura grauatur ex multo etiam etiam puro pellit illud cũ uomitu ut solet accidere in aliis.

CVr Ebrii interdum effundunt lacrimas. ℂ An uapor uini calidus cum accedit ad anteriorem partem cerebri si in ea infrigidetur pellitur ad oculos quia propinqui ex qbus fluit sub similitudine lacrimarum. ℂ An cum uinum sit calidum potius subtiliat & eliquat humiditates que prius erant in cerebro a quo uel ab eius uirtute onerata expelluntur modo predicto.

CVr multum ebrii aliquando non possunt dormire. ℂ An cum calor naturalis superatur a calido uini perturbantur & acuuntur spiritus cogentes uigilare. ℂ An si sõnus exigit hũiditatem temperatã. ideo sicut pauca nõ sufficit pariter superflua uexat dormientes.

CVr aliquando ebrii exigũt supcalefieri a radiis solis. ℂ An egent nouo calore quia naturalis remansit oppressus ab illo uini. unde sol potest calefacere & reuocare naturalem oppressum nam & si alias nocumenta curentur contrariis occupati tñ uino non distinguunt inter ista quin potius recurrunt ad causam uniuersalem a qua etiam durante ebrietate custodiri creduntur.

CVr cum pueri inebriantur plus mingunt q̃ senes. ℂ An illi longe magis habundant humiditatibus tum etate tum regimine hec uero facile defluit cum urina.

CVr interdum uinum concitat iram. ℂ An illud accidit qñ sanguis ebullit. tunc enim pars eius subtilior ui caloris uertitur in coleram qua ira causatur.

CVr aiunt q̃ oleum confert ad ebrietatem. ℂ An quia uiscosum obstruit poros & uias per quas uapores uini solent ptransire. & quia supeminet prohibet ascensum uaporum ad caput & interdum cum uomitu expellitur simul cum uino.

TRAC. VI.

CA. I. DE TACTV.

Ste autẽ sensus est necessarius cuilibet animali quia nullũ ipsorum uiuit sine eo. & quia sensus est unus ex unitate obiecti in genere qui istud putant dicunt ꝙ alie contrarie tates tangibiliũ uidelicet duri & mollis asperi & lenis magni & parui rari & densi reducunt̃ ad duas cõtrarietates primarũ quali tatum. & hee ad unam in ratione actiui & passiui. Sed si esset uere pari causa omnes alie aliorum sensibiliũ reducerentur ad illã q̃m omne sensibile agit in sensum quod est impossibile quia obiecta que habent diuersum modum immutandi sunt diuersa puta co/lor & sonus. idem patet in obiecto tactus nam per alium modũ immutant prime qualitates quia alterando & per alium secũde puta asperum & lene seu leue & graue quia cũ motu locali. ℭ Si dicas ꝙ ista diuersa obiecta reducunt̃ in unũ genus puta ad qua/le non est uerum quia ut sic omnia sensibilia reducerẽtur in illud unde cum qualitas dicatur equiuoce de omnibus quia oportet ꝙ primum genus contrarietatis sit unum ab uno modo immutã di quod non est in proposito contrarietates tamen aliorum sensu uni possunt reduci ad unam propter unum modum immutãdi non sic de tactu quia licet calidũ & frigidũ graue & leue possint conuenire in eodem subiecto nõ tamẽ ad unũ cõe sicut lux & co/lor. que licet lõgius distẽt plus tñ cõueniũt q̃tũ ad imutãdũ uisũ. ℭ Tenentes uero ꝙ tactus est unus suadebant ratione carnis quã putabant esse organum quia tãgibile positum super eã causat sen sationem. sed neruus est potius organum quia potest immutari se peratim omnibus modis quibus possunt immutare qualitates tã gibiles. ideo alii dicunt ꝙ tactus unomõ est plures & alio unus quia ab uno organo & uno corde sed respectu diuersorum obie/ctorum est quodãmodo multa. non tñ ut quidam dicunt ex eo ꝙ in una parte sentiat frigus & in alia calorẽ. quia istud non arguit pluralitatem sensuũ aliter gustus esset plures. Et licet quilibet ali/

us sensus sit unius prime contrarietatis. tactus tamen non est pro prie unius sed multarũ uidelicet calidi & frigidi humidi & sicci grauis & leuis &c. que nõ possunt reduci ad aliquod genus uni/uocum sicut in aliis sensibus. uisus enĩ qui est albi & nigri rubei & uiridis ista secunda & alie similes reducunt ad colorem. Si de/niq; ut quidam putabant unitas tangibilis posset inferri ex unita te medii puta carnis sequeretur ꝙ uisus auditus & olfactus q ha/bent unum mediũ uidelicet aeré uniren̄ cũ eo & tunc tres sensus essent una potētia. simil'r gustus & tactus quia in eadem carne pu ta lingua cõplet̄ utriusq; sensatio. ¶ Sed ne cognitio sensuũ cõfũ deretur Aristo. refert empedoclē asserentem ꝙ a re uisa defluunt parua corpuscula que delata in uisum solo tactu causant uisionē & idem imaginabatur de aliis sensibilibus. sed ad istud sequere/tur ꝙ omnia illa essent tangibilia. & omnes sensus essent tactus.

CA. II. DE INSTRVMENTO ET MEDIO TACTVS.

INstrumentum autem tactus est cutis que circundat to/tum corpus non illa appellata hymem sed immediate sub ista quia ubicunq; tãgitur fit sensatio & cum ea attin gitur unũquodq; tangibile et eius organum sunt nerui quia caro est potius medium sentiendi. nec obstat ꝙ tangibile positum sup eam sentiatur quia ut inquit Aristo. si membrana extendatur sup cutẽ sentitur tangibile et tñ ipsa non est organũ. ratio etiam ipso/rum concludit oppositum quia si caro esset organũ sensibile posi tum super eam non sentiretur. ¶ Et cũ aiũt ꝙ si aer esset pars ani malis esset etiam organum trium sensuum uidelicet uisus etc. nõ ualet quia per linguã que est cõiũcta percipimus gustabilia et tã/gibilia et tamen organum istorum est diuersum quia tactus est in toto corpore et gustus in parte terminata/medium tamen tactus debet esse coniunctum quia iste est illorũ que sunt simul aliter et

non posset distinguere conferentia etc. Quod autem tale sit caro patet quia hec est siccior et de natura terre. organū igitur istius sicut et ipsa uis tactiua secūdū peripateticos oritur a corde. nec obstat ꝙ totū aīal sentiat quia ab eo ꝑcedit qdā neruus ꝗ dissemiāt per totū corpus. unde iste est organū & illud principiū sentiēdi. ❡ Si autem tactus oriretur a cerebro ut dicūt medici deberet etiam diffundi per omnes compagines & in totam carnē quia si esset in determinatis membris cetera non sentirent quare nec mouerentur. ossa autem & si ex se non sentiant nec habeāt neruos habent tamen panniculos qui cedunt loco neruorum. Plante uero & si sint animate & patiantur a qualitatibus tangibilibus. non tamen tangunt quia carent organo & medio intrinseco. nec potest inferri patiuntur a tangibili. ergo habent potentiam tactiuam secus de aliis sensibus quia presupponunt istum/ nec ille discernūt cibum ut animalia.

❡ Operatio tamen tactus manifestatur magis in uno membro quam in alio puta in lingua/ore/ matrice/ & uirilibus mēbris. Conchilibus uero & affixis lapidibus sufficit unus neruus pro uirtute tactiua quia non mouentur localiter.

CA. III. DE NECESSITATE MEDII. EXTRINSECI.

Quidam autem & si concedant carnem esse mediū intrinsecum. & ꝙ tactus nominetur a tangendo & unius sensus sit unum per se medium uolunt tamen ꝙ egeat medio extrinseco quoniam nulla duo corpora presertim sicca possunt immediate se tangere in aqua uel aere quia inter illa continue mediat alterum illorum. nam si due tabule plane tangerēt se immediate istud esset secundum superficiem seu superficies diuisibiles quare si una subito separetur ab alia tunc inter partes intermedias reperiretur uacuum quia aer circundans illa corpora

non posset in instanti subingredi. Si eni ingredit cum motu non poterit statim pertransire omnes partes spacii. unde si prius per/uenit ad extremas quam ad medias in illo intermedio dabitur uacuum.

¶ Sed tenentes q illa corpora immediate se tangunt oportet ut non reputent inconueniens q motus aeris in isto casu fiat subito sicut interdum conceditur motus terre sursum ad saluandam generationem & corruptionem. Et q quando densum fit raru mo/tus localis fiat in instanti & in alus quando aliquid non est expellendum. Ista tamen positio repugnat peripateticis qui negat mo/tum posse fieri in instanti. Sed quicquid sit non tamẽ tactus & gustus egẽt istis medus ut alii sensus quia in istis duobus quod mouet medium mouet potentiam & in animalibus debent esse pro/pinqua. ideo indigent predictis duobus solum per accidens.

CA. IIII. DE MODO IMMVTANDI TACTIVAM.

DIcitur autem q uis tactiua non percipit omnino simi/lia quia ab istis non potest pati. potest tamen secundũ aliquos post primam comprehensionem transmutari intentionaliter mouendo quasdam partes sui organi ad intẽsiorem gradum quam sit gradus ad quem mouet realiter quod tamen est difficile quia ualde materialis. illi tamen non re/putant istud difficile. nam quãdo manus ualde infrigidata appropinquat igni tunc iste agit primo in eam intentionaliter. patet qa ipsa prius sentit dolorem quam caliditatem. Sed q dolor cause/tur ab actione intentionali dicunt patere quia summe frigidum non compatitur aliquem gradum caliditatis. Sed forsan est impossibile q summa frigiditas que est passio puri elementi reperiatur in manu uiua. ¶ Manifestius etiam delectatur ista potentia quando offertur ei conueniens & tristatur cum percipit discõue/

niens uel quando distemperatur ab excedente tangibili sicut & alii sensus ab eorum excellentiis non tamen equaliter nisi illa essent uenenosa. Si enim animal constat ex certa temperie que hãc conseruant delectant & opposita contristant est tamen proprium tactus delectari ex eo quod tangit.

¶ Iudicatur autem ingenium hominis per tactum quia si eius complexio temperata declinat per calidum & humidum cumq̃ totum corpus largomodo fit organum quia fere ubiq̃ sunt nerui & caro & mollicies in proposito causetur ab humido aereo. ideo arguit temperiem & subordinationem ad animam tanquã ad formam. Si arguas q̃ ingeniositas est quedam perfectio anime & non corporis non refert quia dispositio istius multum confert ad ingeniũ per corpora enim mollia uires anime & spiritus possunt cõmodius discurrere non sic per dura sed ex crebro discursu causatur sapientia.

¶ Quamuis dubia alterabilium forte precedant que petinent ad generationem que est finis & propterea multa de illa diximus superius post tractatum de putrescibilibus quia tamen entia non alterantur nisi a qualitatibus primis quarum temperie cõstat uis tactiua. ideo reliqua accepta ut consequẽtia declarare distulimus sub capitulo istius.

Cur aiunt q̃ corpora se crebro mouentia minus alterantur a sole quam quiescentia. ¶ An radii illius non adeo facile atʼ ... ngunt nec firmantur super corpora mutantium locũ quare nec ... patiuntur sicut que permanent in eodem.

Cur capre & oues cum mutant aquas interdum & ipse mutantur in colore. ¶ An ut aiunt illud accidit tempore coitus. non enim permutantur bibentes sed nascẽtes ex eis que cum sint debiles facile alterantur. Aque etiam frigide utplurimum faciũt pilos lucentes & colorem pellis album. Homo uero non mutatur aquis uel quia non utitur illis frequenter uel resistit alteratiõi illarum cum temperamento sue nature. nec forsan animalia carẽ

tia uesica permutantur ab illis uel quia ficciora non recipiũt im/pressionem uel quia regurgitant per inferius & egeruntur.

CVr leduntur in estate balneati in aqua calefacta a sole. ℂ An ut inquit Aristo. apertis poris tempore estiuo aqua facilius ingreditur & nocet. Putauit forsan ꝙ calor solis non resolueret partes putrescibiles aque ut igneus frigida uero unit uires etiam quando bibitur aliter non iuuaretur cum ea digestio.

CVr qui ponunt manum in aqua calida si non moueat eam minus sentit calorem. ℂ An ut ait Aristo. dum quiescit est magis consueta. Cum uero mouetur ex impetu uidetur occurre re ei nouus calor qui cum magis subintret magis sentitur.

CVr inquit Aristo. ꝙ aqua feruẽs inducit ampullas ignis ue ro calidior non ampullat. ℂ An flamma potius distendit circũquaꝗ ꝗ̃ reflectatur ampulla uero ex reflexione luminis cau satur quando calor aque eleuat illud.

CVr feruens cum bibitur impedit potius exitũ urine. ℂ An natura refugit calorem intensum quare interea non se con/uertit super humiditates que sunt materia urine. que uero non adeo feruet subtiliat & transmittit ad renes & per poros uritides ad uesicam.

CVr dicunt peripatetici ꝙ aqua calidior flamma sumpta in ore non urit linguam flamma uero urit. ℂ An fumus sub/tilis in quo ista sustentatur de facili subintrat linguã. aqua uero grossior in transitu magis moratur. unde eius calor interea ab hu miditate lingue remittitur & prohibetur ei ingressus.

CVr uncti oleo si postea super eos infundatur aqua calida minus sentiunt. ℂ An ut ait oleum lenit & lubricat carnẽ

quare aqua cito fluit ab ea. Et quia uiscosum obstruit etiã poros inde calor prohibitus ingredi uix sentitur.

Cur uehementer infrigidati apparent liuidi. ¶ Vtrum ut aiunt sanguis & spiritus congelantur. congelata uero ad ni gredinem uergunt. ¶ An & si caliditas animalis potius dealbet quia spiritu plena frigiditas tamen mortificat calorem presertim debilem patet in senibus qui continue fiunt obscuriores ex dimi nutione illius.

Cur illi super quos infunditur aqua frigida uel calida senti unt rigorem qui est quedam diuersitas frigoris & punctio nis. ¶ An frigida pellit calorem innatum interius qui pũgit ner uos per quos transit. redeunt etiam spiritus inde succedit rigor & aqua calida superinfusa potest pellere frigiditatem quam inue nit in superficie corporis unde & interiora refrigerare.

Cur aliqui currentes tempore frigido interdum plus infrigi dantur. ¶ Vtrum ut inquit Aristo. quiescentes cum anheli tu calefaciũt aerem sibi propinquum a quo remittitur frigiditas. Sed quia currentes continue mutant locum non possunt calefieri ab illo. Sed forsan intelligitur de cursu breui seu remisso in quo uires non supercalefiunt & aer frigidus uelocius occurrit respe ctu quiescentis ex longo tamen & laborioso calefiunt & sudantneplurimum.

Cur super calefacti cum infrigidantur ab aqua uidentur ma gis inflammari. ¶ An ut ait cutis ab illa spissatur & angu statur quare undiq̃ contracta prohibet caliditatem reclusam ex trinsecus exspirare. unde & si in principio recreentur quia tamen calidum reclusum fortius mouetur posset adeo reflecti ut nedum calefaceret sed causaret angustiam & dolorem.

Cur aiunt q̃ sole oriente aer est frigidior quam de nocte. ¶ An sol in ortu seu aurora aspicit aerem radio debiliori.

Nox etiam est calida ex sole diei preteriti. ¶ An sol affert secũ in ortu plures uapores & uentos aerem infrigidantes.

Cur irati non frigescunt. ¶ An ut ait istud non semper accidit quoniam in principio sepe retrahuntur calor & spiritus interius relinquentes extrema frigida sed postquam sanguis est accensus in corde illorum calefacit totum corpus.

Cur pedes quanto plus eleuantur tanto magis infrigidãtur. utrum magis leduntur a uento frigido. ¶ An potius sanguis qui illos calefacit ex eleuatione retrahitur. unde equitantes relaxant staffas ut commodius fluat ad pedes.

Cur si calidum & frigidum non conueniunt in aliqua qualitatum quomodo fieri potest ꝙ actio proueniat a proportione maioris & nõ minoris nec equalitatis. ¶ An saltem cõparantur in intensione & remissione actionis. calidum enim potẽtius est in agendo quam frigidum. Cumq; actiuitas & resistentia reperiantur in agente ut in patiente semper tamen maior actiuitas superat resistentiam aliter nec illa esset principium agendi nec ista patiendi. reagit igitur patiens ex ea parte qua superat resistentiam agentis. patet ponendo in agente actiuitatem ut octo & resistentiam ut quatuor & in passo actiuitatem ut sex & resistentiam ut tria. qui tamen negant reactionem patientis dicunt ꝙ actio potius minuitur ex labore seu defatigatione agentis.

Cur ait ꝙ nonnunq̃ homines ualde pingues multũ frigescũt. ¶ An superflua pinguedo non permittit discurrere calorẽ innatum nec ad extrema diffundi.

Cur licet estas sit calida & hyems frigida corpora tamen interdum magis refrigerantur in illa respectu hyemis. ¶ An ut inquit sudor trahit tunc secum calorem innatum ex quo corpus relinquitur frigidum. ¶ An potius in illa relaxantur uires corporee permittentes exhalare naturalem calorem. hic enim in hyeme roboratus intrinsecus potentius calefacit nutrit & auget.

CVr qui uehementer frigent si statim propinquẽt ad ignem alterantur & dolent. ℭ An tunc contraria pugnant ad inui cem quod non fit sine dolore membrorum sentientium frigus li/cet enim forsan credatur ꝙ tantum possit una agere quãtum alia pati. caliditas enĩ ignis actiuior acutius penetrat & pũgit neruos & causat dolorem. ℭ An natura non fert repentina sed retrahit se ab illis quoniam non potest statim distinguere an conferant uel noceant unde remanet perturbata.

CVr frigentes magis continent spiritum quã exspirẽt. ℭ An attractio aeris fit ob refrigerium cordis. frigentes uero non egent refrigerari.

CVr interdum sani post cibum sentiunt frigus. ℭ An ut ait ille. sicut & potus potentia uel actu frigidus est saltem in principio respectu corporis. ℭ An calor & spiritus sumpto cibo conuertunt se super digestionem. ideo relinquunt extrema frigida.

CVr in hominum faciebus potius quam in reliquis partibus corporis pustule quedam apparent. ℭ An cutis faciei illo/rum rarior & subtilior facilius recipit que fluunt a cerebro & ab extrinseco.

CVr dicunt ꝙ exercitatio relinquit bonum corporis colorẽ. ℭ An motus cõcitat & auget calorem qui resoluit humo res superfluos & minus ydoneos ad colorãdum. aperit etiam po ros & meatus per quos facile illi expelluntur signum sunt habitã tes prope loca paludinosa qui male colorantur quoniam aer ua/porosus & grossus obstruit & prohibet discursum spirituum ad extrema corporis & ingressum aeris puri & clari. iste enim quan do reflectitur ad pellem. & spiritus confortati ab eo permiscentur cum sanguine subtili nutriunt & relinquũt in illam colorem ui/uidum qui constat ex albo & rubeo.

CIRCA DENTES.

CVr dentes magis sentiunt frigus & magis leduntur ab eo q̃ a calido. ¶ An paucus calor qui continetur in poris illorũ minutis faciliter extinguitur a frigore magis tamen leduntur ab intenso calore quia resoluit paucam humiditatem in qua susten/tatur ille paruus calor eis connaturalis.

CVr habentes dentes raros reputantur breuioris uite. ¶ An natura dedit illos ob istius necessitatem. Sed diutius uiuen/tibus dedit plures ut si qui deficerent auxiliarentur cum reliquis. ¶ An raritas illorum ostendit q̃ ossa mãdibule sunt depressiora ex quo infertur q̃ etiam craneum sit magis restrictum q̃ exigat sua natura quare & cerebrum quod continetur ab eo prohibetur exspirare & exhalare. unde & cito putrescere & mori.

CVr natura dedit plures dentes uiris quã mulieribus. ¶ An illi calidiores maiori indigent nutrimento.

CVr aliqui a natura habent dentes albiores. ¶ An & si istud reputetur accidere illis in quibus predominatur aer clarus & lucidus. uapores tamen indigesti & defluxus capitis tingunt & inficiunt dentes & cogunt putrescere gingiuas & ligamenta ip sorum. Potius igitur complexio calidior uel temperata conser/uat illorum albedinem. dissoluit enim & expellit que faciunt putrescere.

CVr dentes Ethyopum sunt albiores ungues uero subnigri. ¶ An caliditas illorum extrinseca extrahit & retinet humo rem in superficie qui siue sit adustus siue aduratur a sole fit niger sed dentes remanent albi quia calor resoluit omnes uapores cau/santes tincturam. ungues uero sunt nigri quia cõstant ex materia cutis filii autem illorum in aliis climatibus seruant eum coloré saltem usq̃ ad secundam uel tertiam generationem quia semina parentum participant de natura totius. Sed minuitur continue quoniam calor extrinsecus non coagit frigiditas etiam aeris pro hibet exitum humoris adusti.

CVr qui tanguntur suauiter contrahunt se & refugiũt magis

q̃ tacti cum impetu. ¶ An ut inquit Aristo. magis sentimus in/ sueta & extranea quam consueta. tactus uero suauis extraneus est. Verum si sentire est passio hec uero potius ab intensa & non a tẽperata alteratione causat. unde forsan suauiter tãgẽs molestat illo non considerante quare timet & quia tunc retrahitur calor ideo refugit. Tactus uero cum impetu presertim a seipso non cõ/ trahitur quia non timet quare non refugit.

CVr qui tanguntur sub plantis pedum et in subascellis con/ trahunt se. ¶ Vtrum ut aiunt cutis sub illis subtilior est. ad illam etiam terminantur capita neruorum magis sensibilia. non tamen omnes se contrahunt puta habẽtes pellem asperam et gros/ sam uel qui sunt duri sensus uel tangi consueti. Pueri uero ex sua/ ui tactu contrahunt se quia humidum loci tacti mouetur suaui/ ter patet quoniam rident.

CVr inquit q̃ labia quãdoq̃ maxime tintilantur. ¶ An non patiuntur tintilationem in quãtum sensibilia sed prout subi ciuntur motui. tintilari enim moueri est illa igitur et presertim in ferius quia abscisa/ pendentia/ et carnosa/ sunt ualde mobilia.

CVr tintilatio in subascellis uel gula mouet risum non sic in reliquis partibus corporis. ¶ An istud accidit quoniam cutis in locis illis est ualde subtilis que etiam non sunt consueta tangi. ¶ An forsan tintilatione illarum miringe cerebri stimulã/ tur quia ad eas terminantur nerui continuati cum eo quare spiri tus concitati dilatantur et ad exteriora profusi risum prouocant. ¶ An ex eo tactu humidum suauitet ad extra expansum causat letitiam quoniam uires anime et spiritus sequũtur motum illius Et quia multi putant q̃ uene et arterie ex capite a dextris et a sini stris terminentur cum collo ideo iste leniter compresse cogãt dor mire quoniam sanguis et humiditas in eis expanditur suauiter sed cum detinentur restricte possunt causare stuporem uel sinco/ pim et quando augetur et durat restrictio mortem. Sed uocantur uene apopletice quia illarum obstructio causat apoplexiam.

CVt leones & queq; fortia & audacia habent corpora duzio ra. ¶ An sanguis eorum calidus ex continua actione caloris indurat membra et ossa illorũ unde disponit ad audaciá et irã.

TRAC. VII.

CA. I. DE ORIGINE SENSVVM EXTERIORVM.

Referunt autem φ uisus auditus & odoratus oriuntur a cerebro quod est forsan uerum ratione maioris propinquitatis actuũ istorum. Sunt enim in eo spiritus temperatiores & nerui sensibiles & motiui ex eo manifeste oriuntur. sed quia gustus & tactus sunt magis materiales nec egent spiritibus adeo claris sunt etiã magis necessarii ad uitã que primo fundaẽ in corde. ideo dicuntur originari ab eo operationes et istorũ fiũt cum calore naturali cuius principium est cor. ¶ Verum quia aliud est operari & aliud oriri ab aliquo. ideo stant simul φ origo neruorum & organorum istorum sensuum sit in corde. Sed quia obiecta mouentia sunt extra & in cerebro seu i eius uẽtriculis fiũt species rerum sensibilium quibus egent sensus in operando alias forsan nulla esset necessitas medii per quod defertur similitudo rei ad sensum non enim iste recipit res. ¶ Cur igitur animal perfectum exigat distincta organa. hec autem nisi in uentriculis cerebri reperiuntur in quibus tamen non sunt nec operantur nisi in uirtute cordis. Et istud intelligunt dicentes φ sicut omnes uires anime fundantur in una essentia pariter omnia organa & partes ipsorum originantur ab uno uidelicet a corde a quo totum corpus regitur & uita in eo primo manifestaẽ & ultimo auferẽ &c. ¶ Verum & si animal & presertim homo nihil operetur sine eo quia tamen dum anima agit in corpore oportet ut comprehendat per species & fantasmata que in diuersis organis continue fiunt spiritualiora. hec autem non possunt fieri in corde. Licet igitur originentur ab isto non tamen operantur in eo patet de uisu olfactu & auditu. nisi etiã alii duo uidelicet gustus & tactus operarentur extra cor non uiueret animal.

CA. II. DE SENSIBILIBVS COMVNIBVS.

DIximus ꝙ sensibile proprium est illud in quod nō potest alter sensus nec circa illud accidere error. Nunc de comunibus que sunt quinqꝫ uidelicet magnitudo figura numerus motus & quies que etiam per se sentiūtur. Sic tamen appellata quoniam creduntur ab omnibus sensibus ꝑcipi. ¶ Alii uero concedunt istud de numero motu & quiete sed magnitudo & figura percipiuntur solū a uisu & tactu. ille enī nō pecipit colorē nisi in magnitudine in qua fundat̃ que cū sit terminata certa figura iō etiā ꝑcipit istā. Similiter cōphēdunt̃ situs pinquitas & distantia quia pertinent ad magnitudinē. Circa ista tamen potest errare non autem circa colorem quoniam impossibile est ꝙ percipiat aliquid non coloratum. Tactus etiam apprehenso cālido & frigido comprehendit magnum & paruum acutum & obtusum asperū & lene. ¶ Sed alia puta numerus motus & quies dicunrur percipi ab omnibus quia ut aiunt omnis qualitas sensibilis est in magnitudine aliqualiter figurata sub motu uel quiete numero uel unitate. de isto patet quia causatur ex dimēsiōe continui sub continuitate enim percipitur unitas sicut sub diuisione numerus. ista igitur non sunt sensibilia per accidens ut accidit albedini ꝙ immutet uisum prout est in substantia. in cōibus autem sunt propria uel necessitate propinqua puta sub magnitudie & figura uel remota ut sub numero motu & qete. Sed dicit̃ ꝙ substantia percipitur per accidens quia non a sensu in quātum talis sed ab illo hominis. Comunia tamen percipiuntur ab aliis patet de cane qui cum uisu & odoratu prosequitur patronum. ¶ Sed dubitant an predicta ꝑcipiātur ꝑ proprias similitudines qui putant ꝙ percipiantur per diuersas sensationes tenent ꝙ sic. Alii econtra quoniā si istud denegat̃ intellectui ut inquit Aristo. ꝙ & si contingat plura scire non tamen plura intelligere multo magis sensui. Tutius igitur creditur ꝙ ista uocentur sensibilia ꝑ se non quia sensus patiatur ab illis alia passione distincta ab illa

sensibilis proprii sed q istud aliter & aliter immutet secundum q est sub alio & alio sensibili comuni patet qa aliter sub magno aliter sub paruo. Sed quoniam sensibile comune non immutet sine proprio patet de motu ignis in propria spera. non enim iste percipitur a uisu quia non est coloratus nec lucidus. propriu igitur est per se primo sensibile. comune uero per illud.

CA. III. DE AMPLIORI NOTITIA PREDICTORVM.

Quamuis sensus exteriores recipiant species sine materia quibus per se cognoscunt propria obiecta uidetur tamē difficile ut cōprehendat per se sensibilia communia quia illa non continentur sub illis nec multiplicāt proprias similitudi nes nec per se alterāt sensus & si sub propriis aliomodo immutēt. adhuc cum cognitio sensuum sit intuitiua. ideo sensibilia comu- nia saltem aliqua non poterunt per se percipi ab eis puta motus non percipietur a uisu non ex eo q non sit lucidus nec coloratus sed quia nulla eius pars existat & multominus quies que est pri- uatio illius nec numerus qui cum causetur ab anima non percipi tur nisi arguitiue. Et aliqui addunt q nec per se nec per accidens communia comprehendantur ab exterioribus sed q prima cogni- tio ipsorum fiat in sensu cōi. Nec obstat q prius recipianē in ex- terioribus quia sentire non est solum recipere sed distinguere sen sibilia hec retulimus quia non carent ratiōe & si forsan sit maior fides adhibenda Aristo.

Cur dicunt q ex potentia & organo fit unum per se non aūt ex isto & specie. ℂ An potentia quiescit in organo ut per se perfectio in perfectibili ex quibus fit per se unum. species uero ad uenit ab extrinseco & deficit illis remanentibus.

Cur sensibile positum supra sensum non sentitur. ℂ An senti re distinguere est istud aūt sine medio fieri non potest sicut nec transitus ad extrema.

Cur non sentimus dum uolumus & tamen intelligimus.

¶ An intellectus conseruat species intra se non autem sensus.

Cur si sentire est pati non tamen admit de substantia patien/tis. ¶ An passio equiuoce dicitur de perfectiua & corruptiua quando tamen sensibile excederet posset imprimere & corrū/pere illum.

CA. I.
TRAC. VIII.

CA. I. DE VIRIBVS INTRINSECIS ET PRIMO DE SENSV COMVNI.

Hactenus de sensibus exterioribus sic uocatis non solum quia apparēt in extremitatibus corporis sed etiāquia nō mouentur nisi presentibus rebus extrinsecis. Nunc de interioribus qui non possunt immutari nisi illis prius immutatis. & in absentia rerum ferre iudicium de sensibilibus de quorū nu/mero quicquid dicatur. sunt tantum quatuor uidelicet comunis imaginatiua/cogitatiua/& memoratiua/de necessitate primi pa/tet. Cum enim cognitiua exteriorum non extendat ultra propria obiecta. ideo ferre iūdicia de differentiis illorū pertinet ad aliquē unum sensum uidelicet comunem sic uocatum quia indicat de unoquoq; sensibili proprio. ¶ Et ꝓ notitia situs. ueteres diuidūt cerebrum in partem anteriorē que est maior altior & humidior & posteriorem que est depressior/siccior/& minor. in prima sunt duo uentriculi & inter partem anteriorem & posteriorem est ali/us & in posteriori etiam alius & in totum sunt quatuor & si qui dam putent ꝙ non sint nisi tres eoꝙ pars unius habeat unam & altera aliam proprietatem. in primo qui occurrit uiget sensus comunis. ante ipsum tamē reperitur illa incruciatio in qua dispo nuntur species recepte a duobus oculis ut representent tantū unā rem. recepte enim in exterioribus transeunt per illam ad cōem & postea per alium meatum ad alium uentriculum & tādem ad po steriorem. Et Aristo. inquirendo unitatem comunis assimilauit eum centro circuli quod est unum in essentia & natura sed plura

pro quāto est terminus linearum circūferentie terminate ad ipm. Similiter obiecta cōprehēsa terminātur ad cōem qui prout diiudicat de obiectis affirmando hunc esse colorē & non sonū. & sic de aliis est quodāmodo multa accidentaliter & pōt habere plures actus simul. non enim est eadem cōprehensio odoris & uocis non tamē potest habere plures cōprehensiōne adequata qa istud denegatur intellectui q est illimitatior. ¶ Tribuūt et cōi q reseruet spēs saltē aliquo tpe paruo. qui enim mouetur in gyrū uidet ei postea q oīa moueant qd nō esset nisi spēs motus fuisset reseruate in illo. Sed siue reseruet siue non predicta tamen apparentia accidit quia similitudo motus remāsit impressa in spiritibus motiuis quia exteriores non possunt se conuertere super actus proprios. non enī p illos aliquis dicit audio quod audio nec uideo quod uideo. iō istud ptinet ad cōem sicut cognoscere actus istius pertinet ad superiorem donec perueniatur ad intellectū. cōis tñ fuit locatus in parte anteriori cerebri que est mollior respectu aliarū ut possit cōmode recipere similitudines rerum. ¶ Et licet oīs sensatio fundetur in sensu sicut actio & passio in patiente spēs tamen immutant primo mediū secundo organū. actus uero sensationis immutat primo potentiā. secūdo organū & si prius denominet cōpositū quod proprie sentit. Et licet dicāt q eadē forma q est in re extra sit etiā in medio in sensu & intellectu. oportet tñ q sit alia & alia secūdū esse aliter cū illa quatuor sint diuersa subiecta. ideo accidens iret forsan de uno in aliud.

CA. II. DE IMAGINATIVA.

Istius organū est post illud sensus cōis quia retinet quod recipit ab eo. nō enim est eiusdē potentie recipere & retinere & cū non sit in eodē uentriculo & sit uis cōprehensiua. ideo ultra retentiōem potest recipere & aliquomodo discurrere quod suadent quia cum ambulo per uiam suspectam si timeo latrones tunc suspitio mie est medium mouens ad timorem cui nisi assentirem per aliam potentiam non possem opinari de

illis.istud tñ nõ acceptatur quia particulariter discurrere & ar/gumentari inter sensus solet tribui cogitatiue.potest etiã discur/sus tribui imaginatiue saltem hominis. nam & Auer. inquit ꝙ habens istam bene dispositam est idoneus ad sciencias mathema ticas que egent abstractione & discursu nec etiam denegatur ei ꝙ possit habere plures actus simul patet qm̃ cõponit diuersa & im/possibilia simul imaginari. Si quis tamen poneret istam distin/ctam a fantasia tunc in eodem esset imaginatiua que conseruat & fantasia que operatur.

CVr si imaginatiua potest imaginari simul duo aut tria qua/re non omnia representata per species in ea. ℂ An ad ima/ginandum seu comprehendendum plura illis exigitur maior ac tiuitas & perfectio q̃ contineat ista.

CVr non potest tot simul imaginari quot uisiua simul com prehendere. ℂ An illa non percipit nisi per species delatas ad organum eius ad quod non possunt tot simul deferri sicut im mediate offerri uisiue.

CVr uidentes alios oscitare oscitant etiam ipsi. ℂ An fumus seu uapor qui exit ex ore oscitantis & si prius recipiatur in medio eius tamen species statim fere accedit ad sensum uidentis & ad fantasiam hec uero mouet instrumenta ad oscitandum pre/sertim dispositos. Idem potest accidere uno mingente quoniam illa uel imaginatiua mota ab illa similitudine mouet expulsiuam pellentem urinam patet in canibus.

CVr uulgo dicitur ꝙ presentia iterfectoris cogit defluere san/guinem ex uulnere interfecti. ℂ An ut putant species inimi citie se furie interfectoris derelicte in mortuo mouent spiritus & sanguinem istius etiam post interitum quia non sunt adhuc dele te. Sed non consonat quoniam non sunt subordinate uiribus in/terfecti. unde istud posset forsan uerificari de uulnere illato de re/centi in quo species predicte non interfectoris sed interfecti uelu/ti cõnaturaliores mouẽt sanguinẽ adhuc calidũ modo predicto.

Nec inconuenit ꝙ motus qui incepit dum ille uiuebat cotinueẽ post interitũ saltẽ per paucũ tempus. nã & interdũ mortui emitũt semen. Solicitudo quippe nature conatur exterminare q̃ possunt impedire cursum ipsius.

CA. III. DE COGITATIVA.

Constituit autẽ natura istam potẽtiã ut animalia possẽt cum ea ex illis que cadunt sub sensibus comprehendere multa que nõ sentiuntur & propter eius perfectionẽ hẽt situm in medio cerebri non enim imaginatiua est adeo pfecta qa & si faciat somnia mirãda. in uigilia tñ sepe cõponit figmenta & in infirmitate pronunciat amentias que oĩa possũt corrigi. ab ista qñ utitur spiritibus purioribus & discurrit particulariter & sub/ordinatur itellectui immediate qui solus est discursiuus circa rõ/nes oĩum rerũ uocat autẽ in hominibus cogitatiua & in brutis estimatiua quia ista non proprie discurrunt sed agunt quadã esti/matione nature qua ouis fugit lupũ. ex speciebus enim rerũ sensa tarum in isto puta coloris figure &c. elicit species inimicitie que non fuit sensata & si aliqui tribuãt istud instinctui seu inclinatiõi nature secũdũ quã aiunt formicã colligere grana & yrundines facere nidos. Et multi putãt ꝙ ab ista oriantur concupiscibilis & irascibilis quin potius sint ipsius appetitiones quibus impat aliis de quibus dicemus.

¶ Referũt postremo ꝙ estimatiua tripliciter duitat nociuũ puta qñ aĩal timet cadere ex alto nisi adhereat alicui rei firme uel quã/do haberet in mente aliquã spẽm mali uel cũ uidet aliquid simile fugit & tertio qñ cognoscit rem propter aliquod accidens sibi cõ iunctũ. isti tamẽ uirtuti tribuuntur multe alie perfectiones puta ꝙ cõprehendat intẽtiones induiduales decẽ predicamentorũ & sequestratis ab eis oĩbus accidẽtibus recõdat illa ĩ memoratiua. Et aliqui reputãt eam esse formã hominis eo quod si intellectus est uirtus propria ipsius similiter ista est etiam propria sed argu/unt ex duabus affirmatiuis in secunda figura & non cõsiderabãt

ꝙ est organica non discurrens uniuersaliter ut intellectus cui tamen adeo subordinatur ut eo intelligente etiam ipsa cogitet. Et propterea Aristo. uocat eam intellectum & si homo per istam sit generabilis & corruptibilis non autem per intellectũ hec & multa alia referuntur.

CA. IIII. DE MEMORIA.

Idetur autem Aristo. tenere ꝙ hec sit in primo sensitiuo quia pertinet ad illã potẽtiã que pcipit magnitudinẽ motum & tpus & id sumendo illã pro actu memorãdi qa sumpta pro habitu putauit ꝙ esset passio imaginatiue seu fantasie que conseruat delata sibi a sensu cõi. Sed capiendo eã pro potentia tenetur cõiter ꝙ habeat sitũ in ultima parte cerebri & seruat potius spẽs. cogitatiue que etiam secundum philosophos deseruiunt intellectui. nõ enim concedunt ꝙ seruentur in isto sed ꝙ solum intelligat quando agens suo lumine irradiat illas ĩ memoria quas uocãt intẽtiones imaginatas. Sed nõ est sic qa si cõcedit ꝙ possibilis sit locus spẽrũ. ideo põt istas seruare sed nõ uidet ꝙ habeat semp illas in promptu ex impedimẽto & defectu organorũ uel sensuũ subministrantiũ. Licet aũt memoria uideat esse solũ preteritorũ: qm̃ presentia pcipiuntur sensibus extrinsecis & futurorum est spes seu timor uel opinio. ¶ Alii tamen dicũt ꝙ põt esse presentis & futuri tanq̃ obiecti remoti qm̃ spẽs que representant [illegible] presentes. ut obiecti tamen propinqui memoria est solũ pre[illegible] [illegible] & peripatetici dicunt ꝙ memoria est habitus uel passio sen[illegible] [illegible] opinionis per accidens & addunt cum factum fuerit [illegible] mpus ad denotandum ꝙ animalia que non percipiunt tempus [illegible] on proprie memorantur puta habentia fantasiã imperfectã me[illegible] [illegible] morari uero est recognoscere quod fuit ante cognitum seu reuo[illegible] [illegible] are illud ad notitiam. ferre tamen de istis iudicium in homine pertinet ad cogitatiuam uel intellectum.

¶ Differũt aũt memorari & reminisci qa illud nõ est ꝓprie rei ob[illegible] [illegible] secus de reminisci & cum istud non possit fieri sine discursu,

ideo uidetur esse proprium hominis memorari uero aliorum. fit autem reminiscentia cum ex aliquo precognito nitimur uenire in cognitionem alicuius obliti puta si ignoro ubi amisi rem meã ex cognitione loci per quem trãsiui uel temporis aut persone cũ qua habui consuetudinem uel ex aliquibus gestis deuenio in no/titiã rei perdite. est igitur reminisci quidam modus discurrendi uel addiscendi de nouo quod prius ex memoria exciderat nõ tñ proceditur ex aliquo addito uel inuẽto sed ex precognito. unde homines qui non procedũt ex prius noto non proprie reminiscũtur. ¶ Et licet reminiscẽtia fiat a cogitatiua nõ tamẽ sine auxilio memoratiue patet quia leditur ex nocumento istius. ista tamẽ ite/rata cognitio a cogitatiua non fit sine auxilio spirituũ & aliorũ q̃bus possumus unũ ex alio inferre puta simile uel cõtrariũ uel cõ/suetũ. istis igitur modis reuocantur species oblite alias impresse.

¶ Et quãuis dicãt q̃ melius memorat̃ ille q cũ maiori difficulta te recipit impressiones quia tenacius retinet & conseruat nõ tñ fa cilius reminiscitur quia propter duriciẽ impedit̃ discursus ex uno in aliud qui enim cito comprehendit sicut potest cito dimit tere quod percipit pariter cito illud iterũ inuestigare. Ista tñ inge nia uelocia cito perdunt quia motus celer non firmat se super illa unde intenti circa pauca bene recordantur & coniecturant preser tim que sperantur aut timent̃ ab eis. quia tamen hec non sunt in actu ideo nõ cadunt sub scientia nisi prout ordinantur ad suos ef/fectus. & quidã putãt q̃ aer extrinsecus possit tñ nos alterare ut perueniamus in cognitionẽ rei oblite. Sed sane recordatio nõ fit nisi rõne illatiõis rei cognite ad oblitã q̃n in spiritibus & organis remansit aliqua dispositio similis prime impressioni.

¶ Differt igitur memoria ab imaginatiua quia hec cognoscit il/la nõ. ista cõseruat per paucũ tempus quia sita in loco hũido. me/moria uero per multũ quia in sicco memorari deniq̃ delectat uel contristat q̃n recordatum attulit alias gaudium uel tristitiam & si interdum hec accidant ex dispositionibus intrinsecis.

¶ Qui tamē cupit retinere species in memoria debet attente au/dire & cogitare memoranda. Admirari etiam que audiuntur ce/dit loco attentionis & qui delectatur in eis fidelius conseruat. cū enim admiranda sint magna & rara sicut que amantur bona & honorabilia. ideo possunt faciliter memorari & qū sunt multa re duci ad summam & breuitatē & ad quedam capita sic enim col/lecta ad utilitatem redacta & ordinata instar artis sine errore reti/nentur & unū ex alio facile infertur ut causa ex effectu uel ut simi le uel contrariū. Et Aristo. inquit ꝙ sollicitudo saluat integras si/mulacrorum figuras. Corpus tamen debet esse mundū preser/tim pars posterior cerebri. non tamen debent poni in capite me/dicamina exsiccatiua/quia sepe inflammant spiritus & permu/tant naturam cerebri.

¶ Sunt deniꝗ multe regule que plurimū iuuant ad facile memo randum uidelicet locorum multitudo/ordinatio/meditatio/ soli tudo/assignatio quinti loci/dissimilitudo/ in totum uel partem mediocritas magnitudinis/& lucis distantia/finctio/ multiplica/tio/addendo/minuendo/& mensurando/quere ab eis.

Cur ebrii & mente capti liberi non recordantur de his que egerunt etiam si eis ad memoriam reducantur. ¶ An me/moria seruat que cum proposito in ea imprimunt. que uero agūt ebrii sunt sine proposito & attentione. unde non derelinquunt im pressionem.

Cur facies hominum potius imprimuntur in monetis & in/terdum ī parietibus q̄ cetere corporis partes. ¶ An ille ma gis ostendunt ceteras dispositiones corporeas. representant etiam illa per que ipsorum gesta possunt cōmodius rememorari.

Cur interdum qui utitur maiori diligentia in memorando minus memoratur secus quando non adhibet tantā. ¶ An illa perturbat spiritus & uires quibus impedit memoratio sicut etiam qui magis cupit reminisci minus reminiscitur quando oc/cupatur in illis que non sunt causa reminiscentie.

CVr uolentes recordari aliquando mouẽt caput. ¶ An inter organa cogitatiue & memorie interponitur quoddã coopculum claudens uentriculum memorie quod forsan per motum capitis amouetur. ¶ An natura illo motu facit maiorem conatũ ut species facilius se representent.

CVr aiunt ꝙ melius recordamur in tenebris quam in luce. ¶ An in ista occurrunt multa que illud impediunt. in tenebris enim uidentur magis uniri uirtutes & spiritus.

CVr interdum melius reminiscuntur distantia q̃ propinqua. ¶ An forsan illud accidit quando uidemus aliqua habentia similitudinem cum istis que etiam possunt aliquando esse minus consueta.

CVr aliquando non possumus reminisci. ¶ An istud accidit quando non habemus precognita que proprie sunt principia inferendi unum ex alio. Et dato ꝙ haberemus non tamen reminiscimur quia non sumus consueti cum illis inuestigare que de nouo inquirimus.

TRAC. IX.

CA. I. DE EFFECTIBVS IRASCIBILIS ET CONCVPISCIBILIS.

AD motum autem progressiuum concurrunt mouẽs / organum / & mobile / mouẽs uero aut est immobile ut appetibile aut motum ut appetitus. qui et est duplex sicut & apprehẽsio unus est cõcupiscibilis & irascibilis que differunt a cõprehensiuis qm̃ aliud est comprehendere & aliud prosequi seu fugere comprehensa. Et quamuis credantur a peripateticis oriri a corde qa isto dilatato animal letatur & cõstricto cõtristat̃ q̃ sunt cã ꝓsecutionis uel fuge. coitet tñ creduñ oriri a cerebro qa organa motus sunt in posteriori parte illius pura nerui cũ quibus operant̃ qui continuant̃ cum musculis & lacertis disseminatis ꝑ totum corpus. Et interdum hec uirtus mouet in loco in quo animal se contrahit uel extendit membrum & iste motus incẽt cũctis

aīalibus ratione tactus seu appetitus & fantasie imperfecte que est idem cum eo. Et istud reputatur quedam dispositio ad motū de loco ad locum quem proprie tribuunt concupiscibili qm̄ impe rat membris ut se propinquent ad illa que conferūt & irascibilis repellit que possunt impedire bonum concupitum. ideo ut aiunt quedam animalia assequuntur illud cum aliis. quedam cum pe dibus. quedam trahuuntur cum costis & uetre. quedam cū squa mis. quedam per blanchas & ora. Actus autē manifestiores istius potentie sunt in quibus anima aperte cōicat cum corpore uideli cet desiderare gaudere letari amare &c. quibus. opponit̄ fastidi re & est idem quod respuere delectabile & abhominari renuere cum ira. Sed gaudio anime quod est potius passio operis oppo nitur tristitia que causatur ex perceptione disconuenientis sicut il lud ex perceptione boni & letitia ex fruitione illius amare oppo nitur odire & est uelle alteri malum & misereri est tristari de alieo malo sicut inuidere tristari de bono. Ad istam igitur potentiam prout continet etiam irascibilem pertinent omnes actus qui pla cent uel displicent & sunt in parte sensitiua & si desideriū uideat tur esse actus eius intimior. Bonum etiam quando non congrue ret rectitudini uolūtatis potest eē causa tristicie & accidic ut aiūt ꝙ quando lux non congruit uisui est odiosa. Et licet qui diu se ex ercent in periculis minus timeant referuntur tamen sex illius spēs quere alibi.

¶ Irascibilis uero que sui natura tendit in arduum & difficile ha bet etiā suos effectus particulares qui sunt ambitio spes superbia contemptus & similia. Verum & si quidam concedant ꝙ arduū & difficile ut plurimum concomitentur actus irascibilis istud est per accidens. & non ex ratione formali ipsius. Et propterea illa quatuor secundum eos pertinent potius ad concupiscibile. am bitio enim est immoderatus appetitus honoris. Spes est fiducia obtinendi & superbia appetitus dominandi. cōtēptus cū aliquid iam obtentum respuitur. Superbia tamen respicit magna.

CA. II. DE PROPORTIONE GRADVVM QVIBVS OBIECTA FIVNT SPIRITVALIORA.

Acturi de motu progressiuo ad quem in homine concurrunt etiā potentie intellectiue. ideo pro notitia referemus primo q̄ quedam sunt subordinate. intellectus enim percipit per subministrationem sensuum in quibus species continue fiunt spirituales. non enim recipiunt res sed earum proportiones que cū debeāt fieri similes intellectui. ¶ Ideo referuntur tres gradus abstractionis in ipsis sensibus. Primus quando uisus media specie uisibili decisa ab obiecto percipit istud cū omnibus suis circunstantiis rursus quando sensus cōis ultra recepta ab exterioribus percipit istorum similitudines quas retinet per imaginatiuam absente obiecto. Et quāuis abstrahat ab hic & nunc que sunt conditiones rei existentis non tamen adhuc separat a figura & situ nec ab aliis que sequūtur naturā corporis. ¶ Tertius gradus est quando cogitatiua in homine adhuc spiritualior per intētiones rerum sensatarum comprehendit que non cadūt sub sensu puta bonitatem maliciam conueniens uel disconueniens hec cū possit ponere differentiam inter intentiones indiuiduales decem predicamentorum de necessitate secundum aliquos cognoscit illas. eius tamen comprehensio est limitata quia nō potest uniuersaliter apprehendere. intellectus uero agens potest separare quiditatem ab omnibus conditionibus materie & circunstantibus illā & ab omni singularitate quare apprehendit formam nudam & simplicem puta hominem que nisi sequestraretur ab omni q̄titate/qualitate/ubi/situ/& ceteris nō esset ex se una natura in multis nec predicabilis per intellectum de oībus hominibus. ¶ Et addunt q̄ istas dispositiones impedientes comunitatem non habēt forme ex propria natura sed quia existunt in singularibus. accidit enim eis ut sint in hoc uel in illo indiuiduo. Nam cum in substātia forme humane in sint solum que pertinent ad naturā ideo eius multiplicatio actualis que est posterior nō causatur ex quiditate

ipsius substantie si enim ista seu eius quiditas depēderet ex illis q̄ reperiuntur in aliquo indiuiduo puta Socrate non posset conue/nire alteri quare nec predicari de aliis sicut si humanitas que est forma totius determinaret sibi accidentia indiuidui in cōi unusq̄ quisq̄ homo cōueniret cū alio in accidētibus & sic essent eiusdē q̄titatis qualitatis & ubi quare & si ista insequātur materiā & for mam in indiuiduo pro quanto accidentia cōia primo insunt ei sicut propria primo speciei. hec tamen separantur in conside/ratione nature per intellectum qui solus diiudicat usq̄ ad ulti/mas abstractiones. ¶ Et cū obiectū ipsius sit uniuersale saltem ī potentia. ideo non diuiditur quoniam eius natura nō est apta di/uidi sed uniri & unita comprehendere secus de sensu qui negocia tur circa particularia. hec autem non cognoscuntur nisi diuidanē intellectus igitur cum habeat pro obiecto unam naturam comu/nem in pluribus singularibus. ideo illa comprehensa comprehē dit potestate omnia indiuidua illius.

CA. III. DE DISTINCTIONE POTENTIARVM INTER SE ET AD ESSENTIAM.

Satis patet ex operibus intellectiue q̄ in ea saltē sunt intel lectus & uoluntas quicquid dicatur ab aliis de potentia executiua. iste tamen potentie secundum aliquos nō po/nunt differentiam in substantia sed connotant diuersitatem habi/tudinum in operando respectu diuersorum obiectorum puta en/tis & boni. Nec obstat cum dicitur q̄ sicut potentia materie non respectiua sed illa que cum ea semper manet differt a sua essentia pariter uires ab ipsa anima quoniam isti forsan negarēt talem po tentiam absolutam coeternam materie. Sed concedentes eam di/cunt q̄ est in secunda specie qualitatis & sic distinguitur realiter sicut omnis qualitas a sbia uires uero anime secundum tenentes positionem sunt in genere relationis & nulla relatio secūdum eos distinguitur realiter a suo fundamento sed ratiōe tm̄. ¶ Sed qm̄ potentie sunt principia quibus operādi formulariter. Relatio ue

ro non est forma realiter actiua quare nec potest esse principium operandi quia ad hoc requiritur maior entitas q̃ respectus. si enī iste non terminat actionē propter suam diminutam entitatē nulli tominus poterit esse per se principium agendi. sicut potentie cū nihil possit melius istis reperiri in anima unde nec possunt ab ea separari sed solum considerari seorsum ab essentia ac etiam inuicem quoniam ista propositio non est uera intellectus est uoluntas formalitas enim distinguit potetias. ¶ Ideo alii tenēt q̧ si anima consideretur ut substantia tunc est idem quod sue potentie sed ut disposita naturalibus qualitatibus quibus operatur potentie addunt supra essentiam. Est enim potentia qua formaliter possumus. quare uidetur q̧ sit qualitas in essentia anime presertim qa actus & potentia sunt in eodem genere nec idem creatum ut idē potest esse principium diuersarum operationum puta intelligere & uelle que cum possint continue uariari non uidentur posse in esse anime nisi mediante accidente inuariabili ut sunt potentie sicut nec maior differētia procedit ab unitate nisi presupposita minori. & denique sicut esse differt ab essentia ita hec a potentiis que etiam ab Aristo. uocantur naturales in secunda specie qualitatis. Et propterea Auer. inquit q̧ diuisio anime in potentias assimilatē diuisioni pomi in saporem & colorem utcūq̧ tamen & si ex predictis non concludatur q̧ potentie addant solum respectum ad actus diuersos quia tamen entia non sunt multiplicanda. inutiliter ideo sufficit distinctio illarū in forma uidelicet fundamētorū q̃ est prior omni respectu. & istā rectius prospicientes prius & magis inquirūt qm̄ nec respectus fundant in codē oīno idem.

¶ Cum aūt dicitur q̧ potentie distinguuntur per actus & obiecta uel per organa distinctio est tantū per extrinseca quia intrinsece distinguunē seipsis & per actus cognoscuntur a posteriori licet immediate. Cognoscunē ēt actus per obiecta tanq̄ per cām. nec propterea ex quacunq̧ differentia actuū pōt inferri distinctio potentiarum aliter opinio & certitudo nō pertinerent ad eādem po

tentiam nec alia opposita & tamen contrariorum est eadem po/
tentia. quando tamen obiecta adequata sunt diuersa genere puta
color & sapor pertinent ad diuersas potentias. quia habent diuer
sos modos immutandi quod non solum est uerum de cognitiuis
disperatis sed etiam de apprehensiua & appetitiua ut pater de ue/
ro & bono respectu intellectus & uoluntaris que licet non pen/
deant a corpore in ratione organi nec subiecti pendent tamen in
ratione obiecti ad quod terminatur omnis actus potētie. ¶ Alii
uero tenent ꝙ obiectum uoluntatis & intellectus sit idem quod
suadent quoniam si non competeret uni quod alteri uoluntas nō
esset respectu ueri nec intellectus respecti boni. Prima tamen uia
est cōior. nec inconuenit ut uoluntas non sit respectu ueri forma/
liter & pari causa nec intellectus respectu boni quare & si satis pa
tear distinctio earum per fundamenta a priori Aristo: tamē seqns
uiam naturalem posuit distinctionem earū per actus a posteriori.

CA. IIII. DE QVIBVSDAM PROPRIETATI/ BVS INTELLECTVS.

Ertut autem ꝙ a parte rationali oritur omnis sensus non ꝙ intellectus sit sensus nec itelligere sentire nam & si sint uires anime subordinate sunt tamen distincte patet in li/
bro de anima unde agentes de motu locali animalium dubitant
a quo illorum sumat principium. Cum tamen concedant ꝙ i ho
mine sit intellectus uel uolūtas ideo iterum referemus quomō
ille diuiditur in agentē & possibilem eo ꝙ quelibet natura que ne
gociatur circa illa in quibus reperitur agens & patiens oportet
ꝙ hec sint distincta quoniam alia est natura actiui & alia passiui
possibilis tamen uocatur passiuus solum pro quanto recipit intel
ligibilia sed est ex se impassibilis aliter non itelligeret omnia. sed
dicitur ꝙ est in potentia quia reducitur ad actum per agentem
quando facit potētia intellectum ut possit actu intelligi unde eius
receptio est eius perfectio tum quia scientia & res scita sunt idē in
eo. Et quamuis scientia in potentia sit prior ꝙ̄ in actu dum tamē

intellectus est in actu semper intelligit tum quia etiam intelligen do alia intelligit quodammodo se saltem per actum reflexū quo etiam comprehendit indiuiduum. Et iste actus ut aiunt assimila tur linee spherali seu circumflexe. habet autem inter ceteras duas operationes uidelicet comprehendere simplicia & unire uel diui dere cōposita & in ista operatōe reperit proprie ueritas. ¶ Agēs autem ultra perfectiones quibus cōicat cum possibili inq̄tū uter/ q̧ est simplex immixtus & immaterialis. differt tamen ab eo quia istius est omnia fieri. & illius omnia facere istius abstractiue & illius receptiue. quare esse agentis est esse in actu & propterea preponitur in nobilitate. Et quamuis quidam teneant q̧ anime coniuncte competat aliqua cognitio intuitiua saltem experimen talis pro quanto intelligit actum suum simpliciter tamen cogno/ scit abstractiue discurrendo & inferendo. Et cum sit immortalis ideo Aristo. dubitat quare non reminiscimur post mortem sed cā secundum eū est quia intellectus passiuus hoc est cogitatiua cor/ rumpitur sine qua & fantasmatibus non intelligit. diuisio uero eius in practicum & speculatiuum est magis propria possibili sal tem denominatione extrinseca. Sed quando est informatus noti/ tia primorum principiorum tūc medio lumiñe agētis potest spe culari & operari.

CA. V. DE ACTIONE TRIBVTA SPECIEBVS.

Quamuis multi negent species in intellectu precedentes actum intelligendi. ut enim aiunt hec reponuntur in or/ ganis sensuum uel quia ista sunt eiusdem rationis cum medio uel ut ille sint dispositiones propinque ad sentiēdum. Sed nullum istorum exigit intellectus quia nec habet similitudinem cum medio nec eget ulterius disponi. Si etiam reciperet species ab obiecto pateretur ab eo realiter & non intētionaliter ut comu niter tenetur. Et Aristo. commendat antiquos dicentes intelle/ ctum esse locum specierum non subiectum illarum sicut est sen sus speculatur etiā q̧ quid est in fantasmatibus que se habent ad-

intellectum ut sensibilia ad sensum. nec obstat cum ait ꝙ est necesse ꝙ res aut species sint in anima quia per istam intellexit potius actum uel habitum.

¶ Verum cum obiectum intellectus ut precedit actum intelligendi sit quid uniuersale ideo non uidetur ꝙ tales species possint denegari in eo. cum enim fantasma representet singulare si representaret etiam ipsum uniuersale itellectum haberet duas rationes representandi omnino distinctas quod est impossibile quia si agit naturaliter ideo offertur fantasie secundum totam suam uirtutem Si dicas ꝙ fantasma fit uniuersale lumine intellectus agentis non obstat quia istud non potest fieri extra possibilem in sensu enim uel fantasia non recipitur nisi singulare. Si enim agens & possibilis non se excedunt in agere & pati ideo actio illius non potest recipi nisi in isto. ¶ Nam ut inquit Auer. si res haberent esse uniuersale extra animam non indigeremus intellectu agente qui solus facit uniuersalitatem quando cum eius lumine representatur possibili species intelligibilis argueretur sane imperfectio intellectus si denegaretur ei ꝙ non denegatur potētiis inferioribus quarum unaqueꝙ habet obiectum presens sibi & non in alio uidetur igitur hec opinio ratiōabilior presertim qa opposite rōnes nō cogūt.

¶ Fertur autem ꝙ peripatetici tribuūt omnem actiuitatem intellectionis obiecto siue speciei neglecta quauis actione anime. nam & Aristo. in tertio assimilat intellectum sensibus quos concludit passiuos & de illo quod non habet naturam nisi ꝙ uocatur possibilis nec est in actu antequam intelligat. ¶ Et Auer. assimilat illū materie & si hec recipiat singulariter ille in esse uniuersali. Et deniꝙ si idem esset agens & patiens respectu eiusdem tolleretur omnis uia inueniendi primum motorem immobilem nec obstat ꝙ intellectus agens causat intellectionem quia si possibilis secundum istos apprehenderet res extra ut sunt non idigeremus agente sicut nec indigemus simili sensu. unde aiunt ꝙ operatio istius est transferre res de ordine in ordinem.

¶ Aliqui tamé tenent oppositum quoniam sequeretur φ maior conatus possibilis ad intelligendum non produceret perfectioré cognitionem cuius oppositum experimur. est etiam intellectio perfectior specie quia est operatio uitalis & ultima pfectio intrinseca nature intellectualis que non potest esse a specie quia causa equiuoca saltem totalis est perfectior suo effectu aliter non posset probari φ deus esset perfectior creatura. Si etiam cum uolumus recordamur istud autem sine actione intellectus possibilis fieri non potest. Sed φ etiam intellectus nõ possit esse tota causa patet cum enim sit indifferens nisi moueretur ab obiecto uel ab aliquo representante illud tunc uel intelligeret omnia simul uel nihil qđ forsan concludunt rationes priores. Adhuc si cognitio est similitudo obiecti cogniti ideo istud est eius causa aliter etiam agẽs nõ operaretur ut species intelligibiles immediate represẽtarẽt actu intelligibile. ¶ Tenendo ergo φ uterφ concurrat sequitur illud uulgatum ex cognoscente & cognito paritur nutitia. Licet enim secundum istos prout species representat obiectum sit prius natura pñs anime φ̃ ipsa operetur & prius operetur φ̃ intelligat si tamen priuaretur omni actiuitate ut dictum est species esset perfectior quauis intellectione. unde si illa ordinatur ad istam ut ad finẽ erit perfectior.

CA. VI. AN INTELLECTVS POSSIT SIMVL PLVRA INTELLIGERE.

Cum autem obiectum istius sit mouens non motũ & cui magis assimilatur intellectio & quo ista recipit unitaté distinctionem & denominationem quare & entitatem ideo uidetur φ sit principalior causa. Sed cõsiderata natura intellectus uniuersaliori seu illimitatiori ac etiam modo operandi illius cui obiectum potius coagit saltem post primam intellectionem uidetur φ in agendo sit potior obiecto saltem in cognitione naturali hoc inquam quia in uisione essentie diuine quilibet intellectus creatus se habet mere passiue.

¶ Solet tamen dubitari an duo actus sint simul incompossibiles in intellectu. quidam tenent q̄ sic quoniam si iste est simplex & spiritualis ideo totaliter se conuertit super illud quod intelligit. Nam & ut aiunt sicut impossibile est q̄ in eodem corpore sint simul diuerse figure pariter in intellectu qui licet possit plura scire non tamen intelligere. ¶ Alii econtra quia quanto natura est simplicior tanto potest ad plura se extendere quia illimitatior. Et ut Theologi dicunt eadem intelligentia mouens orbem non cognoscit ipsum per eundem actum quo intelligit se. Sicut etiā una potentia anime potest habere plures species pariter plures actus & intellectus perficitur pluribus habitibus. Sed esto q̄ potentia limitata possit plures intellectiones simul recipere inquantum re ceptio est quoddam pati ex parte tamen productionis actus qui non completur sine aliqua actiuitate potentie ut dictum est hec nullomō pōt simul ferri super duo presertim quando unū non dependet ab alio ut accidit de relatiuis & de conclusione respectu principiorum & propositione respectu terminorum quoniā nullum istorum separatim potest per se adequare actum intellectus. in aliis uero dū potētia intelligit aliquod intelligibile nō potest pro tūc simul itelligere aliud disperatū et si essent eiusdē rōnis maxime tenēdo q̄ duo accidētia solo numero dr̄ia nō possint eē i eodē. Si dicas q̄ idē posset iferri de duabus similitudinibus seu habitibus cuius oppositū cōstat. istud nō ē simile qa ista duo uc; spēs & habitus pñt eē in intellectu. in esse qeto non sic actus cu ius esse est in fieri ab ipso intellectu & nō in qescere sicut illa duo. ¶ Tenentes uero q̄ possint in eo esse simul plures idē debēt concedere de uoluntate quoniam subordinaē illi possumus eni uelle aliquid simpliciter & nolle illud rōne alicuius circūstātie. Sed ut dictū est sicut intellectus ut agēs nō pōt esse intētus ad eliciendos tot habitus sicut possibilis ad recipiendū & retinendū quoniam istud nō exigit tantā pfectionē sicut pducere pariter nec uolūtas potest elicere illos quia longe minora requiruntur ad retinendū

quam ad eliciendum uel producendum.

CA. VII. DE VOLVNTATE ET CAVSA MOTVS PROGRESSIVI.

CVm aliquod precognitum expetitur potẽtia anime que iubet prosequi uel abstinere uoluntas est que cum non sit nisi appetitus intellectus hic cum diuidatur in speculatiuum & practicum in proposito autem sumitur pro isto ultimo quoniam ad istum pertinet iudicare prosequenda uel deuitanda & ad uoluntatẽ imperare concupiscibili ut sequatur quod delectat & fugiat quod affert tristiciam & irascibili ut insurgat in arduum. Et iste due quibus imperatur mouent postea uires corporeas in neruis & lacertis & sequitur motus nisi instrumenta per infirmitatem uel uiolentiam impediantur. ¶ Imperat etiam intellectui quia sola ex propria natura uiolentari non potest. Cuius libertas est ipsamet uoluntas unde primus eius actus ut est principium motus progressiui est uelle seu amare finem. ut enĩ se habet principium in speculabilibus ita illud in agibilibus. secũdus est dirigere in illum quem preposuit. Concessit autem natura cõcupiscibilem ut animalia possint consequi necessaria uite & irascibilem ad remouendum que impediunt. unde aiunt ꝙ una est circa defectus innatos alia circa affectus illatos. quando enim aliqua ex potentiis cognitiuis apprehendit aliquod proficuum statim comparat formam apprehensam cum intentione cõuenientis & tunc concupiscibilis. ut dictum est imperat motiue que est in musculis & neruis quibus extenditur pes & animal progreditur ut se appropinquet & assequatur quod cupit & econtra quãdo putat ꝙ apprehensum sit nociuum seu impeditiuũ statim comparat intentionẽ nociui cũ forma apprehẽsa & tũc mouet irascibilis & impat uiribus in musculis manus ut pcutiat uel amoueãt & superent impediens ut tandem delectetur in priori apprehẽso. ¶ Quamuis igitur primum & immediatum principiũ executionis motus in homine dicatur esse in musculis & lacertis & ſm

remotum sit desiderium & tertium magis remotum sit imagina/
tio. primum tamen principium extrinsecum est obiectum extra
ad quod omnia habet causam quoniam mouet appetitum & iste
fantasiam intra que in homine continetur sub intellectu practico
que tamen non sufficiunt nisi uiuentur a uiribus corporeis sicut
nec sufficeret appetitus sensitiuus quia que sunt affixa habent sen/
sum & non mouentur. ¶ Si dicas quia caret organis absurdū es
set putare ꝙ natura denegasset organa ubi essent principia & mul
tominus sufficit appetitus naturalis ut patet in plātis. sed licet ap/
petibile extra moueat appetitum sub ratione boni quia tamē pos/
set decipi quando esset apparens quoniam ad eum nō spectat di/
stinguere ideo tenetur ꝙ siue iste sit concupiscentia siue etiam uo/
luntas nullum tale mouens potest ex se solo esse principium suf/
ficiens talis motus quoniam sicut intellectus determinatur a uo/
luntate pariter fantasia ab appetitu sensitiuo. Et licet motus rerū
extra terminetur ad intellectum motus tamen appetitus termina
tur ad res que statim cum sunt intellecte appetitus conuertit se ad
illas quas prosequitur si sint bone si male abhominatur. inde aiūt
ꝙ sicut bonum & malum sunt in rebus pariter uerum & falsum
in intellectu. ¶ Licet igitur motus incipiat a rebus & terminetur
ad animam quia species mouent primo sensum & fantasiam &
postea intellectum mouentur enim potentie priusquam appetant
postea tamen cognitiua mouet appetitiuam anteꝗ̄ imperet moti/
ue que est in instrumentis motus, que tandem mouent membra
& sequitur motus secundum exigentiam finis. Non igitur opor/
tet querere de principali mouēte quia si per istud intelligat prius
natura & tempore tunc prima causa motus in homine erit intelle
ctus & in aīalibus fantasia quia uoluntas seu appetitus nunquā
deducitur in actum nisi per illam aut alterum illorum. Si uero
per principale intelligatur mouens determinans & actuans
tunc absque dubio appetitus est talis quia intellectus & fan/
tasia determinantur ab eo. Sed principale organum est cor uel.

aliquid ei proportionatū cuius motus expulsiuus seu dilatatiuus cedit ex parte eius intrinseca ut a termino aquo ad conuexam ut ad quem. motus uero constrictiuus ecōtra. ¶ An autem isti sint duo motus quia ad duos terminos distinctos & an sit idem cum motu anhelitus an ue possint uocari naturales patuit in libro de spiritibus corporeis. Cor tamen est principium & finis non solū proprii motus sed totius animalis pro quāto est prima sedes aīe. Quamuis autem animalia deducātur ab appetibili ad terminatum locum non tamen homines quorum concupiscētia non est terminata patet quia appetitus sensitiuus superat interdum rationem & causatur motus contra mores secus quando uires anime sunt concordes & itellectus sub aliquo principio noto puta omne bonum prosequendum mensurat actum futurum tunc uires inferiores obediendo faciunt actum moralem.

CIRCA MOTVM.

CVr dicitur ꝙ indiuisibile in quantitate non potest moueri. ¶ An quod mouetur partim est in termino a quo & partī ad quem hoc autem repugnat indiuisibili quod non potest pertransire minus quia nō datur nec equale quia ei succederet aliud indiuisibile & daretur locus minor loco indiuisibili quod etiam non potest contangi & tamen motus non fit sine contactu continuum etiam componeretur ex illis.

CVr si Astrologi putant ꝙ planete possint in deferentibus & epiciclis eleuari & deprimi quid est in causa ꝙ non mouea tur a medio uel ad medium. ¶ An motus circularis competit illis corporibus ex propria natura in quocūꝗ situ celi ponātur dū modo non exeant propriam sphērā. & Auer. putat saluare sine illis omnes apparentias cum motu leulab.

CVr si stella est densior pars orbis. Quid est in causa ipsam non esse grauem uel leuem preserti cum grauitas ex dēsitate & leuitas ex raritate soleant causari. ¶ An spissitudo partis orbis magis splendens sicut non potest ex se rarefieri nec densari

pariter nec ad grauitatem uel leuitatem disponi. sunt enim ille passiones corruptibilium.

Cur dicūt motum circularem esse aliis perfectiorem. ¶ An ut aliquid sit perfectum non solum oportet ut extra ipsum non sit aliquid de requisitis ad speciem sed ꝙ ei nō possit fieri additio saltem in illo genere que non reperiuntur in aliis magnitudinibus seu motibus quare corpus celeste est perfectissimum qa continet omnia alia & motus eius circularis est perfectior recto quia causa illius nec ei est aliquid contrarium habet etiam circulatio complementum quia redit ad punctum a quo incepit. Et licet post primam circulationem sequatur alia distincta ab ea non tamen additur aliquid euarians naturam. Et denicq; cum celū habeat potentiam ad ubi & propterea motus eius sit possibilis perpetuatur tamen ab intelligentia perpetuo mouente. Aristo. autē uocauit corpus magnitudinem perfectam quia longitudo fertur in latitudinē & ista in profunditatē & quia non datur quarta. iō illud est pfectū. Corpus uero celi est perfectius qa cōtinet cetera.

Cur homines & pleraq; alia habent solū duos pedes. ¶ An cum uno non possent continuare motū nec sustentari etiam cum duobus si non essent equales. Sed animalia curua indigent quatuor aliter pondus corporis nō posset equaliter ferri & quedam pluribus uel ob pulchritudinē uel ut dormiant sup illis ne forte eorum corpora debilia tangendo terram moriantur.

Cur femine dū mingūt cōtrahūt se & dilatāt anchas. ¶ An ut inquit Aristo. collū matricis est magis longū q̄ uesica q̄ supponitur. unde ne mingendo comprimatur ab ea ne ue impediatur expulsio urine dilatant illas.

Cur in longa aeris attractione contrahitur uenter cum uero expellitur ampliatur & fit maior. ¶ An expulsio comprimit latera pectoris quare spiritus seu uenti pulsi inferius cogunt eum tumescere. in attractione uero conatus intrinsecus unit potius partes ad quod sequitur restrictio.

PROBLEMATA CIRCA TIMORES.

Cur dicunt Peripatetici q timentes contrahunt testiculos. ℭ An calor & spiritus ex timore reuocantur ad uiscera ex quo cum exteriora infrigidentur testiculi contrahuntur sicut & cutis interdum tempore frigido incrispatur & in calido protēdit

Cur timentes non uociferant dolentes uero emittunt uoces. ℭ An uires timentium potius reuocantur ad intima cordis unde instrumenta uocum extrinseca infrigidata non sunt idonea ad motum dolentes uero clamant quia spiritus & calor eorū ascendunt ad cerebrum in quo sunt organa & instrumenta uocū clamant etiam quia sperant auxiliari.

Cur transiens per locum in quo homo fuit occisus uel cadauer recens occultatum concutitur interdum timore. ℭ An aer qui ab illo cadauere suscepit infectionē erat forsan plenus speciebus seu similitudinibus horribilibus homicidii qui sane quādo inspiratur seu attrahitur ualde perturbat. Et quia predicte similitudines afficiunt & mouent spiritus. ideo sequitur timor omnes namq subito imprimens stupefacit naturam si tamen sciuisset homicidium timeret forsan propter species prius impressas que illic reuocantur ad memoriam.

Cur pili timentium eriguntur. ℭ An ex quolibet membro retrahuntur spiritus uersus cor. unde cutis infrigidat̄ & pori ipsius restringuntur ad quod sequitur pillorum erectio.

Cur sepe tremunt labia & uoces timentium. ℭ An si calor & spiritus reuocati ad cor & ad pectus transeunt per loca sensibilia membra priuata presidio caloris tremūt sed tremor incipit a labio inferiori quia minus fouet̄ a spiritibus animalibus cerebri & magis infrigidatur a stomacho.

Cur habitantes loca ualde calida sunt natura timidiores. ℭ An ut aiunt caliditas loci resoluit humidum naturale quod ad timorem disponit sicut multitudo illius cum fertur sursum ad spem. ℭ An potius in illis spiritus & sanguis adurunt̄ q

cum per corpus dilatari non possint succedit interea timor.

CVr in quibus habundant praui humores capiuntur inter/dum tremore. ¶ An iste accidit ex in potentia alicuius in/strumenti motus pura cum nerui inuiscantur humiditate. tunc enim natura nititur forti conatu expellere impedimentum. qua/re ex inordinato impulsu causatur tremor.

CVr egrotantes & nonnunquam uinolenti timent & fugiūt. ¶ Vtrum humidum commotum a calido interdum pellit species in sensu ad centrum illius ex quo illi putant ꝙ res quarū ille sunt similitudines moueantur contra eos ideo fugiūt & se ab/scondunt quia non distinguunt inter similitudinem & rem cuius est similitudo & ea ratione prosequuntur illum quando species mouentur excentro organi ad circumferentiam.

CIRCA DELECTATIONES ET TRISTICIAS.

CVr aiunt ꝙ delectatio est quies in bono. ¶ An istud dum ꝑmanet non admittit secum tristitiam.

CVr dicitur ꝙ planctus & lacrime mitigant dolorem. ¶ An sicut nocumentum interius reclusum magis affligit qa uni tum pariter diffusum exterius per lacrimas minuitur. clamor eti am uoluntarius refrigerat dolentes presertim cum uident amicū condolere quia sperant auxiliari...

CVr speculari manifesta nature reputatur mitigare dolorem. ¶ Ah illa monstrat que hominibus cōueniunt. Ista autem sunt potiora doloris remedia quoniam finis mensurat agenda. Prospicimus etiam terminos & mutationes fortune que tollunt ab anima omnem tristiciam. nouit enim sapiens quodammo/do omnia.

CVr aiunt ꝙ consideratio propositionum mathematicarum puta ꝙ trangulus habet tres angulos parum delectat respe/ctu multorum. ¶ An ille non sunt fines sed ad finem scientiarū in quibus proprie reperitur quies. Possent tamē delectare per ac/cidēs illum qui meminiret uicisse cum illis disputādo uel quod

multum conferunt ad sapientiam. ¶ An ut inquit Aristo. ille ue ritates sicut etiam naturales sunt proprie necessarie unuiquis/ q̃ uero magis letatur ex operibus suis ex quibus etiam potest fie/ ri felix. artes autem mechanice delectant presertim illos qui exi/ gunt cibos industria elaboratos.

Cur aiunt q̃ balneum pellit anxietatem. ¶ An forsan redu/ cit corpus ad temperiem quod prius detinebat uires anime anxias & suspensas idem faceret somnus quando anxietas accide ret ex indigestione.

Cur omnis dolor reputatur malus. ¶ An perturbat appeti/ tum in bono & prohibet refugere quod ledit non tamen q̃ libet dolor est semper malus puta quando uoluntas recta detesta tur delicta seu scelera tunc potest tristari & dolere & si honesta & studiosa sint ex se procul ab omni dolore.

Cur insolita & repentina reputantur terribiliora. ¶ An si ma gis timemus magna mala uel que non possunt deuitari repentina uero & improuisa nec considerari nec mitigari possũt impediuntur enim uires anime quando cogitant non posse inue nire presidium aut q̃ eis subtrahantur remedia.

Cur dicitur q̃ amor est plenus timore. ¶ An amantes ualde sollicitant ne res amata ab eis auferatur sollicitudo autem affert timorem.

PROBLEMATA CIRCA AVDACIAM ET FORTITVDINEM.

Locuti de concupiscibili & irascibili & aliis imperantibus motum quorum actibus diuersimode disponuntur homi/ nes & animalia ad gaudium & letitiam timorem & audaciã &c. quorum consideratio & si pertineat ad doctrinam de moribus in qua etiam solet inquiri que potentie anime audiunt rationem & que non. que etiam uirtutes sint in parte illius uel istius ut in sub/ iecto quia tamen effectus & actus declarant potẽtias. Et ne creda tur q̃ naturalis philosophus sit omnino destitutus moribus sine

quibus non commode uiuitur in uita ciuili. Nam & ut aiunt ni/si ratio prospicuisset equalitatem que est in rebus nō fuisset i mo ribus inuenta equalitas iusticie. nec temperātie nisi illa cognouis/set sorditiem uoluptatum circa res prauas nec fortitudinem nisi considerasset mortem esse preponendā turpi uite & sic in reliquis Nisi denique possent comparari effectus ad potentias nulla pror/sus reperiretur uia ad declarādos habitus mo. Postq igitur retu limus incidenter aliquos effectus timoris qui est passio irascibi lis. nunc de quibusdam pertinentibus ad aliquam predictarum uirium. particularius uero in libro de directione uite & in alio de documentis legalibus multa retulibus.

CVr licet fortitudo non sit suprema uirtutum ualde tamē ab hominibus honoratur. ℭ An ut inquit Aristo. si cum ista pelluntur hostes reipublice & ciues perniciosi coherceantur hec autem sunt meliora & magis necessaria illis qui ciuiliter uiuunt.

CVr ait q aliqui cum uolebant pugnare faciebant antea per cuti sibi totum corpus cum ferula. ℭ An credebant ex per cussionibus calorem & spiritus concitari isti etiam superfalefacti reminiscuntur de agendis & redduntur animosiores ad pugnam. Calor etiam prebet audaciam. ℭ An forsan putabant minus po stea sentire illatas ab hostibus.

CVr sepe irati sunt audaces non autem timentes. ℭ An licet amborum calor reuocetur interius iratorum tamen inflam matur in corde & spiritus supercalefacti facile muniūt omnia mē. bra que sunt causa audacie. in timentibus uero reuocantur ad ui scera in quibus oppressi stimulant expulsiuam que liquefacit hu mores soluentes potius aluum. accedit q timentes sunt frigidi na tura ut patet in mulieribus & senibus.

CVr qui multum audent fiunt rubei. ℭ An sicut representās nociuū mouet spiritus ad fugam uersus cor pariter cū offer tur conferens mouentur ex corde ad extrinseca ut prosequat. Et quia uires aīe & spiritus in illis qui audent dum mouentur exte/

rius deferunt fecum fanguinem fubtilem ideo facies coloratur eius colore. nec mirum quia interdum uires pdicte roborate fpe feu fiducia fanant corpora egra & affecte timore caufant egritudinem & interdum mortem.

Cur dicitur q plures moriuntur ex gaudio quam ex timore uel ira. ¶ An tempore magni gaudii fpiritus mouentur ad exteriora exeūt enī ex corde fimul cū uiribus anime que diffunduntur per corpus quia natura non fentit protunc impugnantē. unde fi contingat q uentriculi in quibus quiefcunt recludantur antequam redeant extinguitur uita qm̄ illi nequeunt amplius deferre uires anime nec ut prius recreari aut faluari in corde. Ex ira uero non moritur quia feruor fanguinis auget & non extinguit calorē fed in timore & fi reuocetur calor. uires tñ cū eo undiq retracte & diu intra retente poffunt de facili fuffocare quod tamē accidit raro. iratorum uero reuocati uniuntur.

CIRCA SPEM.

Et fi oēs actus moris foleant cōiter menfurari ab obiecto debite circūftātionato interdū tñ homo fequitur malū propter aliquod bonum coniunctum cum eo & eadem caufa fugit iftud quando putat q afferat aliquid mali. interdū expetitur ab eo qui putat minus noceri ab illo. Sicut tñ profecutio boni ptinet ad fpē & fuga mali ad timorem fimiliter pfecutio mali terribilis ad audaciā & fuga boni ad defperationē quibus multa foluuntur.

Cur iuuenes funt plenī fpe. ¶ An fi ifta fit refpectu boni futuri iuuenes autem habent multum de eo fignum eft quia uiuaciores ut plurimum plus fperant econtra debiles. ¶ An potius illa etas habundat caliditate & humiditate q̄ furfum late fūt caufa fpei nam & uinolenti fperant ex ui caloris & humidi. accedit q iuuenes inexperti de facili putant quodlibet effe poffibile.

Cur dicitur q experientia interdum eft caufa fpei. ¶ An & fi materia iftius fit bonum arduum poffibilitas tamen affequendi que aliquando caufatur ab experiētia cogit fperare quod

sepe accidit quibus solent prospera contingere.

CVr sperantes efficacius operantur. ¶ An sicut qui desperāt negligunt operari ut qui sciunt se morituros pariter illi operando magis sperant assequi quod cupiunt.

CVr dicunt ꝙ securitas generat negligentiam. ¶ An securi putant deuitasse pericula cumꝙ opponatur timori qui uero non timent negligunt.

CVr homines audaciores sūt maioris spei. ¶ An magis sperantur que maiori gloria consequunt. talia sunt terribiliora Sicut enim timor qui est expectatio mali incutitur cum desperat bonum terribile. pariter insurgit audacia cum speratur.

CVr aiūt ꝙ salutaria & nō defectiua generāt audaciā. ¶ An licet que possunt afferre laudem gloriam uel utilitatem faciant homines intrepidos & audaces. quidam tamen plus audent quia magis experti in periculis & alii inexperti putant illa posse euadere. Et quidam plus timent puta habentes corda maiora seu que non cito calefiunt.

CVr habentia magnum & sanguineū pulmonem sunt audaciora. ¶ An magnitudo arguit multam cordis caliditatē & copiā sanguinis & spirituū qui cum sint calidi & humidi non cito dissolubiles audaciam proculdubio prestant.

CVr aliquando audaces non persistunt sicut aggrediūtur pericula. ¶ An non considerant illa in principio sicut nec ꝓuident impedimenta que cognita in progressu cogunt timere. unde aiunt ꝙ uiri fortes incipiunt pugnam remisse quia non adhuc prouocati sed in processu audent quia ad prudentiam spectar ꝓspicere astutias inimicorum & posse continue augere uires. qui enim aggrediuntur cū impetu uel iracundia continuo remittunt.

CIRCA IRAM.

QVoniam autem mansuetudo quam dicūt cohercere uindictas seu cupiditatem ulciscendi est media inter excandescentiā & segniciā. Est enim sine igne ꝗ nulla iniuria uel oppro

brio illato moue quod ualde uituperatur. non enim uirtus admittit inhonesta nec turpia aliter non esset de illis que dictat ratio unde ira laudat saltem usq ad certu terminu sed excludit excandescentiam quia ista est quedam spes insanie.

Cur dicit q ira sequit rationem. ¶ An iratus remisso fermone coparat uires suas cu illis inimici discurrit etia quomodo possit ulcisci quod ad rationem pertinet.

Cur dicut q ira aliquando curat tremorem & saltum cordis. ¶ An calor ire acuit spus qui calefaciedo compagines corporis exterminant tremorem causatu uicio humoru qui herebat neruis motiuis quoru impedimento ille solet causari. curat etiam saltu cordis resoluendo uentu inter cutem & corpus.

Cur tam irati q timetes sitiut. ¶ An calor exsiccat humidu in precordiis. Sitis uero quedam indigentia illius est. Qui uero non concutiuntur magno timore desiderant potius madefacere guttur. sed de propinquo morituri nedu sitiut sed aliquado putant interius uri.

Cur multu ebrii non irascuntur paru uero potius excandescunt. ¶ An illi in totu fere amiserunt lumen cognitionis. isti uero adhuc cognoscunt iniuriam. unde iunctis simul feruore cordis cum calore uini excandescunt.

Cur inquit Aristo. q ira est naturalior cocupiscentia. ¶ An istud non est forsan ueru simpliciter qa concupiscetia circa gustu & tactu est diuturnior & magis de intentione nature ad perpetuandas species minus etiam occupat mentem. sed forsan intellexit quod iratus tempore ire est pronior ad ulciscendum quam ad cibum uel potum uel potius cogitauit q motus ire non fit sine aliquali ratione que hominibus uidetur esse naturalior quoniam sequitur formam seu totam speciem.

Cur qda aialia sut ceteris masuetiora i eade spe. ¶ An ut aiut Astrologi quando in natiuitate illorum ascedit signum humanu sunt masueta ecotra qn serale. ¶ An partus sepe iteratus &

exuberātia lactis remittit calorem illorū quod cogit māsuescere puta oues & capras. Canes uero & porci & lupi post partū sunt iracūdi quia ex lacte effuso ab eis exsiccatur corpus & calor acuitur que ad irā & excandescentiam prouocāt Galline similiter dū fouent oua interdum irritantur ob penuriā cibi uel ut custodiant pullos. Quedam autē nunquā mansuescunt puta uipera & quedam ualde siluestria ista enim ob prauam naturam tendūt potius in deterius. accedit q longe plura concurrunt ad mansuescendū q̄ ad seruandam siluestreitatem in qua sunt educata.

Cur dicit q homo est animal mansuetū. ¶ An est tēperatio ris cōplexiōis respectu aliorū demōstrat enim illi ratio iram esse quandā insaniā & passis iuste ut non irascantur. Et propterea fertur q interdum cum ira associatur aliqualis iusticia.

Cur dicunt q irati occupantur circa unum & odientes circa diuersa. ¶ An qui odit nulla mensura mali inimici satiatur sed irato sufficit ulcisci & sepe post uindictam miseretur quan do cessat feruor sanguinis.

Cur referunt tres spēs ire puta fel mania & fur. ¶ An distinguuntur secūdū effectus nam quādo cito accendit sanguis uocāt fel qa in eo primo recipit colera & cū calor accensus diu pmanet maniā quia in quo diu manet reputatur amens. Et quādo non parcit uindicte nec quiescit appellāt furorem.

Cur dicit q materia ire est semp nobis odiosa. ¶ An psupponit iniuriā q̄ reputat inferri qn ledimur i bonis uel i psona nra uel amicorū. ista enim oia cū fiant contra nostram uoluntatem sunt odiosa nisi inferantur ex ignorātia q̄ est digna uenia.

Cur homines in maiori dignitate constituti & dominus cōtra seruum & diues contra pauperem magis irascuntur. ¶ An credunt magis despici. uenia tñ citius mitigat illos qa credunt ex eā extolli & inferētes deprimi. Nam & magnanimus est pronior ad indulgendum q̄ ulciscendum. Sed fertur q uindicta est dulcior melle quia istud satisfacit solum gustui & cito transit

uindicta uero satisfacit anime & diutius durat.

CVr facies irati uidetur igniri & oculi exasperari. ℭ An calor & spiritus inflammati tendunt sursum sed manifestatur potius in oculis quia spiritus animales inflammati sunt cum spiritibus uisibilibus quare & in facie quoniam propinqua oculis. Et eadem fere causa ualde irati sepe balbutiunt quoniam nerui ꝑbentes motum loquele cū sint ualde propinqui faciei & oculis, ideo impediti ab ira uix potest proferri uox.

CVr amantes non ardent manifeste sicut irati. ℭ An feruor amantium est cum quadam dulcedine & lenitate procedit enim ex uapore sanguinis in sua natura qui est mitis & benignus. in iratis uero feruet in corde & est aptus potius urere & aucto calore causare in saniam nisi forsan cesset ebullitio uel iratus audiat rationem, amor uero diuturna consuetudine augetur & magis delectat.

CIRCA CONCVPISCENTIAS ET DOLORES.

CVr inquit Aristo. ꝙ concupiscentia est latens & insidiosa. ℭ An que concupiscuntur inquantum turpia occultantur ab homine & inquantum peroptata cum insidiis conatur potiri.

CVr dolor illius qui labitur in infortunium seu ex diuitiis in miseriam reputatur maior ceteris. ℭ An ut ait casus inopinati interdum nō solum tribuuntur fortune sed proprie culpe inde augetur dolor. ℭ An potius istud accidit illis quibus decidit spes recuperandi & prestandi sibi & aliis auxilium.

CVr aliqua animalia non delectantur nisi cum gustu/ odoratu/& tactu/homo uero potius cū uisu/& auditu/ ℭ An isti duo sunt sensus disciplinę, deseruiunt enim intellectui & conferūt ad sapientiam que est precipuum bonum hominum qui nequeunt istud sine illis duobus prospicere.

CVr aliq stati sumpto cibo delectant, alii uero dū deglutiūt. ℭ An ut aiūt illi habēt pelliculā lingue ualde subtilē & sensibilē, isti uero summitatem grossiorē & in gutture subtiliorem.

Cur proprie uocamus incontinentes qui exuperant circa gustum & tactum. ℂ An hii duo sunt nobis cōes cum brutis & licet indiuiduū non uiuat sine cibo & species non seruetur sine re uenerea. immoderata tamen sunt uiciosa & possunt committere egritudinem & mortem.

Cur interdum uidentes quempiam cadere aut fordinate moueri concitantur ad risum. ℂ An ut aiunt actus qui subito fiunt mouent spiritus ad ridendum sicut placida que cito natrantur. ℂ An forsan deridemus errores illorum presertim sine discrimine quia putamus nos esse illis meliores ex quo causatur letitia & risus. primi tamen actus tribuuntur potius irrationali que non distinguit inter bonum & malum.

Cur inquit Aristo. ꝙ continentia & temperantia laudanṫ in diuitibus & iuuenibus. ī pauperibus uero & senibus magis iusticia. ℂ An diuitibus suppetit facultas explēdi desideria tactus & gustus a quibus cū abstinēt sunt digni laude. similiter iuuenes qm̄ proni ad delectationes corporeas ideo sicut cum aberrant circa illas sunt minus culpandi pariter quādo abstinēt ualde laudādi. senes autē expientia & etate utplurimū auari & pauperes ob inopiā inclinati ad turpia lucra & aliqñ ad furta. iō tā isti q̄ illi abstinendo laudantur de iusticia q̄ prohibet surreptionē rei aliene.

Cur aiunt ꝙ furantes pro necessitate uite non puniuntur. ℂ Utrum si lex debet esse possibilis perire uero fame & sitī nulla lege debet sanciri presertim naturali sub qua ab initio non poterat cadere prohibitio furti.

Cur magis detestantur fraudes cōmisse circa pecunias q̄ aduersus honores. ℂ An licet istud non sit uniuersale uerū qa non omnia equaliter ab omnibus expetuntur unde esto ꝙ honor sit preponendus diuitiis quia cum longe maiori difficultate acquiritur & seruatur ille tñ ab aliquibus auidius concupiscuntur.

Cur inquit Aristo. ꝙ minus culpatur qui negat pecuniā mutuatā quā datam in depositum ab amico. ℂ An maior est

iniuria que infertur in istum respectu mutui quod cũ pauco pre/tio poterat capi a feneratore. Sed qa in deposito nihil ultro citro/q; speratur magis leditur fides & amicitia deponentis. sed sane quando mutuum fieret sine spe lucri & solum gratia recipientis quando iste negaret esset magis ingratus respectu illius cui fit depositum quoniam istud datur gratia deponentis. qui nec obliga/tur in casu periculi quando fecit diligentiam ut de re propria sicus in mutuo quia ut aiunt fit de meo tuum.

CVr leges magis multiplicant testes testamentarios q̃ in aliis contractibus. ℭ An uiuentes possunt defendere sua iura secus post mortem. unde cum pluribus magis deteguntur decep/tiones. agitur etiam de legatis fideicõmissis & aliis in quibus plu/res non possunt conuenire faciliter ad defraudandum uoluntatẽ testatoris que etiam fouetur a legibus quoniam paulopost mori/turo non potest redire arbitrium ad aliud disponẽdum.

CVr aiunt q; diuitie potius reperiunt̃ apud deteriores. ℭ An ut aiunt peripatetici dantur a fortuna que frequẽtius fouet illos quorum temeritas non sinit distinguere inter iustum & iniu/riã & si multi propter diuitias fortune perierint. ℭ An ut Theo/logi putant procedunt diuina prouidentia hec autem illos cum diuitiis alios cum inopia comprobat uel remunerat.

CVr inquit q; ubi plurimũ fortune illic minimũ intellectus. ℭ An nõ oportet ut fortunãdus parũ itelligat qm̃ iterdũ ẽt qui sapiunt fortunantur sed sufficit ei parum intelligere quia bo/na fortune non queruntur ratione & argumentis sed ultro ab ea tribuunt̃ etiã nõ cogitantibus. cũ illis tñ uir sapiens seu prudens potest deuitare ictus & dãpna que possunt inferri ab illa.

CVr licet homo magis cognoscat & intelligat sepe tñ agit de/teriora. ℭ An multo plura cupiũt que forsan non sperant assequi nisi exorbitent ab illis que mandant leges.

CVr diuitie magis laudantur in senibus & propinquis mor/ti q̃ in iuuenibus. ℭ An si esset uerum accideret quoniam

istis nō deest tēpus nec cōmoditas ad acquirēdū. Senes uero sūt digni laudibus qn̄ sine ignominia & cū labore fuerint quesite.

CVr inquit φ uir prudētior muliere magis punitur si occidat q̄ si occidatur ab ea. ¶ An illa timidior creditur minus au dere quare nec sina magna causa delinquere imputatur etiam ui/ ro ad animi uilitatem occidere imbecillem feminam.

CVr officiales qui capiūt fugientes locant illos in latere dex/ tro. ¶ An ut aiunt cōmodius illos custodiūt oculus enim dexter est habilior sinistro & cū manu dextra ualidiore securius detinēt & si fugerēt possēt forsan expeditius prosequi.

CVr dicitur φ reus absoluitur si probat p tot testes per quot probat actor seu accusator. ¶ An iste in paritate nihil pro bat sed non probante reus absoluitur quia reputatur iniuste accu sari nec tenetur probare sed defendere.

CVr furantes in foro uel in loco publico actius a ueteribus puniebantur q̄ in domo uel in loco priuato. ¶ An delicta publica non solum ledunt personam priuatam sed etiam inferūt iniuriam ciuitati priuatorum etiam bona possunt commodius custodiri.

CVr statuitur maior pena pro furto quā pro iniuria. ¶ An hec ex pturbatione prouenit & est magis hominibus con/ sueta non autem furtum in quo etiam continetur iniuria.

CVr dicūt phisonomi φ hn̄tes capita pua siue cū bona siue cū mala figura sunt perfidi/timidi/uelocis ire/& diu hesitā tes & erronei iudicii. ¶ An licet paruum cū mala figura sit dete/ rius qm̄ tamen in ambobus spēs rerū in cerebro parui capitis ca/ rent requisita conuersione quod accidit propter angustiā uētri culorū. cerebrū etiā paruū non permittit contemperare caliditatē cordis ideo spiritus uitalis ascendens ad caput non recipit tempe riem animalis quare anima non potest cum istis recte consulere nec ferre iudicium quin potius impetus caloris cogit precipitare si tamen haberent collum longum quia interea possent spiritus

infrigidari ideo longe minus aberrarent alias secus quoniam caliditas exsiccans organa que cum reseruant species erroneas. hec enim cum sepe offeruntur sensibus. ideo sunt causa persistendi in errore quare sunt perfidi. cum etiam spiritus animales retineant caliditatem saltem respectu cerebri temperati & ex crebro motu turbentur & calefiant. ideo sunt etiam uelocis ire. Sed quoniam ex impedimento seu ex indispositione sanguinis & cerebri calidi non potest generari quantitas sufficiens spūum. ideo paucitas di sponit illos ad timorem & supercalefacto ad iram & angustia loci cogit illos diu hesitare cumq; species non possint euentari & ꝑpterea sint in continuo motu ex quo aliquando timent & aliquãdo audent uelocitas etiam prebet impetum ratione dilationis ad quod sequitur audacia & cum redeunt timor hec tamen possunt suspendi iudicio rationis ut patebit.

CVr dicunt hominem esse prudentissimum animaliũ. ¶ An ut inquit Aristo. habet caput paruum ĩ quo maior solet prudẽtia reperiri sed intelligitur cum capacitate idonea & cum figura proportionata reliquis membris ĩ isto enim spiritus animales qui subministrant prudentie non redundant sepius nec dispartiuntur sed subordinantur memorie & intellectui presertim quando cerebrum non declinaret multum ad caliditatem.

CVr aliquarum scientiarum acquiritur habitus aliquarum non. ¶ An ille acquiruntur per demonstrationem & interdum experimentis seu inuentione quibus causatur uniuersale qᵉ crescens in anima non sic de contingentibus uel que sciuntur ex relatu uel ex precepto principis promulgantur.

CVr nonnulli in decidendis seu soluendis quesitis sepe iterãt ista aduerbia forte forsan fortasse. ¶ An istis non utuntur scientie demonstratiue sed artes que procedunt ex coniecturis puta medicina cuius remedia aliquando conferunt uni indiuiduo & non alteri in quibus igitur nõ reperiẽ omnimoda certitudo ne auctor reputeẽ aliquid temere affirmare addit aliquod illorũ triũ.

CVr ait ꝙ iuuenes celerius adiscūt & senes plus sapiūt. ¶An cum scientie non acquirantur nisi exercitatione & in tēpo/re ideo qui diutius uiuūt puta senes plus sapiūt. iuuenes uero me lius addiscunt quia nō habēt organa occupata spēbus extraneis.

CVr nonnūq̄ senes minus sapiunt & aliquādo delirāt. ¶An panniculi uentriculorū & nerui sensus deseruientes intelle/ctui ingrauescente senectute exsiccantur unde species sensibiles nō possunt per illas discurrere nec uires super illas cōmode se cōuer ti quare nec proferri iudicia. ¶An forsan humiditas extranea q̄ in illa etate multiplicatur ex defectu caloris. hec enim quando cō fundit species in memoria tunc obliuio preteritorum nō sinit di/iudicare & ex impedimento memorie sepe exigunt que sunt ante oculos etiam si essent turpia & aliquando rident sine causa quod forsan operatur sanguis accedens ad cerebrum quando remanet illic indigestus. Et licet predicta possint accidere senecta tamen cum sit frigida & sicca disponit potius ad tristitiā & melācoliā.

CVr dicunt ꝙ habitantes loca calida sunt sapiētiores. ¶An ut inquit Aristo. inhabitantes frigida rōne caloris qui per antiparistasim augeẗ in corporibus illorum sunt ualde confiden tes & cum aliquid intelligunt non perquirunt ulterius habitātes uero calida ex debilitate caloris resoluti ab extrinseco sunt timi/diores quare continue hesitant & perquirunt. Sapientia autē ex crebro discursu & inuestigatione perficitur. Et ea fere rōne occi/dentales dum adolescunt sunt quietiores & magis modesti quo/niam tunc illorum caliditas detinetur multa humiditate que nō sinit excandescere. Procedente uero etate minuitur humiditas & acuitur calor qui aliquando cogit illos exorbitare.

CVr monent ꝙ recuperata sanitate medicus debet quiescere. ¶An ut inquit Aristo. illa est finis quo habito/est quiescē dum nisi tamen suspicaretur de recidiua.

CVr dicitur ꝙ sapiens non curat in cuius manibus sit mun/dus. ¶An possidet quodammodo omnia. si enim uersatur

circa primas & maximas causas in istis autem omnes alie & ipsa rum effectus continentur.

CVr dicitur ꝙ sapientia raro delectat principes seculi. ¶ An ut īquit Aristo. occupātur circa alia oblectaméta nā & alia delectant pueros alia etate prouectos.

CVr dicuut ꝙ Rhetores differunt a philosophis. ¶ An isti causas & rerum quiditates considerant illi uero quid homi nes agunt aut patiuntur.

CVr artifices & qui uersantur circa res uiles utplurimum sūt improbi & indisciplinati. ¶ An ut ait magis exigūt lucra quibus intemperantur. Cupientes etiam ponere inquestū undecunqꝫ proueniat non possunt bonis moribus assuescere.

CVr a ueteribus fuerunt statuta premia certaminibus & pugnis corporalibus non autem certamini sapientie. ¶ An ut inquit istius nō potest inueniri sufficiés premium: nam & si propter istud certent pugnatores sapientia uero habet illud sibi con iunctum.

CVr ait ꝙ ultra decem non numeramus & omnes alii numeri sunt potius replicationes denarii. ¶ An forsan iste numerus connascitur homini quoniam habet in manibus decem tātum digitos. ¶ An potius in eo continentur omnes alie species & perfectiões que possunt tribui numeris puta par & impar quadratum & cubum resultat etiam ex continuis partibus incipiendo ab unitate puta ex uno duobus tribus quatuor fiunt decem.

CVt sepe homines unum attemptant & aliud faciunt. ¶ An solus nouit regulam contrariorum. unde potest se uertere ad utrumqꝫ. alia uero animalia reguntur magis instinctu seu inclinatione nature. ¶ An incontinentia qua interdum regūtur cogit illos mutare propositum quoniam unum suggerit malicia aliud debitum naturalis iusticie.

CVr homines soli cogitant tot diuersa. ¶ An motus factus a sensu seu ab imaginatiua interdum terminatur ad sensum

comunem in quo cum multa imprimatur ab exterioribus. ideo multa offeruntur ei cogitanda & deinceps ad cogitatiuã que cũ in homine subordinetur intellectui ideo multa particularia diiudicat & multo plura quando iste motus peruenit ad intellectum qui omnia circuit.

Cur qui infestantur colera nigra reputantur superare ceteros in scientiis & artibus & reipublice gubernatione. ¶ An ut aiunt peripatetici illa habet partes diuersas. interdum enim fit calidior solito interdum frigidior ad similitudinem calcis. cum igitur incalescit complexio redditur aptior ad inueniend m & cũ infrigidatur ad retinendum & cum temperatur perficit naturam. quando igitur humor est calidus & subtilis nõ permittit illos in quibus habundat quiescere nec pauca querere. possunt etiam spiritus illorum fieri clari quando partes terree melancolice aduste separantur a partibus turbidis tunc enim relinquit illos claros sicut aiunt ꝙ aqua ardens ex uino nigro & terrestri est clarior & subtilior respectu illius que fit ex albo & subtili sed quia secundum clariorem dispositionem spirituum subtilior & clarior fit inquisitio ideo melancolici in quibus habundant predicti humores possunt euadere sapientes & alios antecellere.

Cur laborantes humore predicto sicut & uinoleti interdum effundunt lacrimas. ¶ An uapores seu fumi causati ex humoribus uel ex potu uini in ebriis ascendentes ad caput cum sint calidi eliquant & remolliunt humiditates cerebri que propulse ad oculos egrediuntur per poros ipsorum & quoniam sunt molles uidentur flere quod potest accidere tam in somno ꝙ̃ uigilia.

Cur isti quandoq; rident. ¶ An cum fumi predicti qui efferuntur ad cerebrum sunt mites & benigni & si calefaciant humiditates calidum tamen suaue delectat & gaudium affert. risus uero ex hiisdem causis generatur.

LIBER. III.

TRAC. I.

CA. I. DE CAVSIS NARRANDORVM.

Eractis iam quibus facile declarantur cause dubiorum que multos latent et occurrunt dum uigilamus interdū tamen longe plura et cognitu difficiliora uexant sensus nostros in somno. ideo de isto et illis que accidunt in eo et illorū diuinationibus deinceps agemus. distulimus autem quoniā operationes que fiunt sensibus solutis sunt longe notiores quam ligatis. Ex dictis etiam possunt multa inferri circa narrāda. Putamus autem non parum conferre non solum aperiendo que ab eis dicuntur sub quadam obscuritate uerborum sed etiam accomodādo inuicem dicenda prioribus.

CA. II. QVOD SOMNVS ET VIGILIA NON SINT PASSIONES ANIME TANTVM NEC CORPORIS SED COMPOSITI.

Vm autem plura soleant inquiri de somno et uigilia supposito tamen q̧ ille sit passio animalis non tamen totum primo ligatur et si denominetur ab eo pro quanto illud quod prius uigilabat postea dormit et econtra nam si somnus est ligamen sensus uel sensuum quo impeditur continuari motus uigilia erit solutio et continuatio illius quare ille cedit loco quietis. hec uero laboris que cum sint passiões opposite. ideo sicut uisio & cecitas sūt circa eundē oculū & pulchritudo & turpitudo circa idem membrū & sic in reliquis pariter in proposito q̄m p illā particulā qua homo sentit dum uigilat non cōprehendit dū dormit. Cum etiā expergefactus cognoscat q̧ utit illo sensu quo nō utebatur dum dormiebat ideo ambo insunt eidē susceptiuo sicut actus & potentia pertinent ad idē subiectū puta uidere & posse ui

dere. Si igitur uigiliare est sentire istud autem non est propriũ aīe sed motus eius per corpus nec propriũ istius quoniam inanimata non sentiunt. ideo erit totius non simul sed disiũctim & successiue. Nam cum dormiens sit in potentia ad uigiliã & uigilans ad somnum ideo non possunt inesse simul sicut nec alia priuatiue opposita non tamen priuat habitum simpliciter sed operationẽ aliter dormiens non posset uigilare quia regressus istorum est impossibilis unde ut dictum est non sunt passiones anime tantũ nec corporis sed compositi & si quedam operationes soleant tribui anime ex eo ꝙ est principium quo omniũ. quãdo tamen ex eius motu corpus uidetur prius realiter transmutari tales actus tribuuntur corpori a quo etiam ut a termino denominantur corporee puta dormire dolere &c. Sed quando ex illius motu corpus nõ uidetur realiter transmutatũ hec inq̃ tribuuntur ipsimet aīe quia ad eam uel ad ipsius obiectũ in esse spirituali terminatur puta sapere & uelle ad intellectum & uoluntatem. omnes igitur recte cõsiderando sunt ipsius compositi siue sint operatiões siue affectus sequẽtes istas quia in nullo istorum anima per se nec corpus proprie agit nec patitur.

CA. IIII. DE CAVSIS QVARE SOLA ANIMALIA DORMIVNT COGVNTVR DORMIRE QVEDAM NON.

SI igitur somnus est ligamen aliquotum sensuum nõ erit passio uirium naturalium q̃m iste sunt continue in actu secundo non enim sentiunt nec gaudent aut tristantur. Sed quidã putabant plantas dormire q̃m calor in eis aliquando extenditur aliquando reuocatur & flores illarum clauduntur de nocte & aperiuntur de die. Si igitur ex istis motibus defatigãtur ideo ferebãt quod dormiũt. Sed nõ est sic q̃m lassitudo & labor accidit q̃n motus potentiarũ sensitiuarũ non est proportionatus motui organi sed nutrire augere & generare que cõpetũt uegetatiuis sunt actus cõnaturales plantis & aīalibus quare in eis non ca

dit quies. nam et si possint intendi et remitti qn̄ tn̄ intercipiunt̄ sequitur mors. secus de opibus uiriū sensituarū que possunt suspendi et circa eas cōmitti excessus et defectus cū etiam instrumenta et organa istarum resoluantur si nō reficerentur in somno nō possent cum eis anima operari. humor u ero plātarū cum sit plurimus et tenax qui nec faciliter expanditur nec reuocatur ideo in hyeme paucus calor ipsarum restringitur interius a frigore et in uere expanditur a calore solis superueniente et tunc germinat et producit patet etiam ꝙ sol aperit flores illarum de die quos frigus claudit de nocte unde et si non expandantur tunc non tamē dormiūt ¶ Maior ēt pars antiquorū non dicebat ꝙ esset quies uiriū plantarum sed animalium que cum habeāt sensus. ideo oportet ꝙ parum uel multum dormiant. Sed non possumus uidere quando pisces et animalia que habent duros oculos dormiunt quia carent palpebris. Si enim natura non dedit illas nisi pro custodia oculorum duri uero non egent custodiri. Et Aristo. inquit ꝙ frigida et uiscosa in quibus habundant humores crudi in loco digestionis cum habeant pellem spissam dormiunt per multum tempus anni sicut ciconie uersi & glires quia continue & paulatim digerūt illos & ex eis nutriunt̄ non enim uiuerent sine pabulo. Et econtra que habent subtilē & paucā humiditatē parū dormiūt. ¶ Que uero dicunt̄ de quodā animali marino quod nō dormit cū nō moueat̄ nec defatigetur non reputantur uera quia si est aīal saltē non caret motu dilatatiuo & constrictiuo. Si etiam non esset aīal nec plāta daret̄ mediū inter ista duo quod tn̄ adhuc nō est cōpertum. ¶ Nō ēt est querendū an fetus in utero prius dormiat quā uigilet qa aīa sensitiua nō producit̄ a natura impedita cū somno sed cū uita & sensu i actu que antecedit & est finis respectu illius & licet dicāt ꝙ rōne humiditatum tunc plus dormiant ꝙ̄ uigilēt non tn̄ ad finē restaurandi uires sensitiuas quoniam nec iste in utero proprie defatigantur saltem ab extrinseco nec inqtum prius uiuunt uita plante quia nec iste proprie dormiunt.

CA. IIII. DE SENSV QVI PRIMO LIGATVR IN SOMNO ET VIRIBVS QVE REMANENT SOLVTE.

Non est autē credendū q̄ intellectus qui & si sit coiūctus cū sensibus in opando ligef in somno qm̄ nec defatigaẽ uigilando salté per se & sepe discurrit dormiédo & si nó simpliciter ut in uigilia aliter essemus dñi nostrarū actionum in ista sicut in illo . Cum tñ somnus sit uinculū plurium sensuum ideo si aíal dormit oportet q̄ aliquis illorū primo ligetur quo pa tiente alii ligenẽ & quodāmó cōpatianẽ & nó ecōuerso de quo Aristo.inqt q̄ se hét ad pticulares sicut tactus ad reliquos ex quo cócludit q̄ talis sit cóis qa primo ligaẽ qm̄ sicut tactus est princi palis & prior iter exteriores qa oés presupponūt ipsum similiter cóis qa ad istū termináẽ oés actus illorū sine tactu etiā exteriores nó opanẽ sed fundanẽ in eo sicut ptes sup toto seu sicut dispositio organi sup dispóne aíalis qd̄ est totū respectu ptiū.ad similitudiné igiẽ tactus sensus cóis q̄ reputaẽ ab eo esse in corde est fundamentum quinq̄ exteriorū.quid tñ sentiant alii diceẽ inferius.

CA. V. DE EFFICIENTE SOMNVM ET MODO QVO FIT.

Cum autem unumquodq̄ animal nutriatur quia aliter non uiueret.cumq̄ secundum Aristotelem immediatū nutriens sit sanguis & in carentibus isto aliquid ei proportionatum & loca sanguinis sint uene & principium istarum sit cor in quo sanguis accipit ueram formam idoneam ad nutriendum cum in isto acquirat uerum colorem ex quo potest inferri q̄ prius non habuit esse completum quia color sequitur naturā substátie. Cum igitur nutrimentum in stomacho incipit digeri calefit & alteraẽ & ab eo eleuaẽ uapor q ascédit ad caput ĩ quo a frigiditate cerebri ingrossatus reflectiẽ ad cor. Sicut enim nimium licet calidū pót infrigidare cerebrū obtundédo uel suffocádo ca

lore in eo instar lignorũ uiridiũ super ignẽ pellentiũ inferius calo rem & flammã pariter uapores licet calidi possunt tñ a frigidita te cerebri permutari & repelli inferius uel sicut a sole humidũ in terra uel aqũa calefit & euaporat & ascẽdit & ab aere frigido spis satũ cogitur descẽdere pariter uapor nutrimẽti ingrossatus descẽ dit & repellendo intrinsecus calorem naturalẽ ad cor quod impe diẽ trasmittere spiritus uitales ad alios sensus exteriores quorum uiis clausis fit somnus. unde secundũ eũ uapor cibi uidetur effici ens somnũ quod potest esse uerum de illo qui causatur ex cibo bo & potu & si forsan non fit adeo manifestũ in illo qui accidit ex labore. ¶ Et subdit q̃ fit sicut euripus hoc est uẽtus q̃ moue tur reflexe quod probat tum quia a multa potatiõe & comestiõe statim fere dormitur & omnia frigida & humida puta oppiũ uel mandragora cogunt dormire. Sed dicitur q̃ labor causat somnũ qm̃ ex eo subtiliantur humores flegmatici & uiscosi quorũ uapo res postea ascendunt ad caput & faciũt somnum quod suadetur quia habentes capita sicca parum dormiũt puta Camelus & cer uus febris etiã pedẽs a crudis & frigidis humoribus cogit aliqñ dormire similiter pueri quia humidiores & sepe patiuntur epilẽ tiam que est similis somno et habentes magna capita et uenas stri ctas sunt amatores somni melancolici tamen cum sint frigide et sicce nature non multum dormiunt qa non euaporant.

CA. VI. DE AMPLIORI NOTITIA PREDICTORVM.

CAusa tamẽ efficiens somnũ ĩ pueris est calidiras q̃ cogit euaporare multũ de humido. Potest tamen frigiditas eẽ in causa patet quoniam cerebrũ frigidius tẽperato sepe facit somnum quia ingrossat et pellit uapores inferius claudit et uias reditus spirituum et caloris. Et licet alibi dicatur q̃ ifrigida ti non põt dormire illud accidit ab extrinseco pro q̃to frigiditas phibet anhelitũ sine cuius emissiõe aĩal non dormit nec uiuit et quicquid dicatur non tñ est causa intrinseca & p se sed p accidẽs

¶ Aristo. autem inquit q̄ uinum non est dandū pueris nec eorū nutricibus quia est fumosum uaporosum & inflammatiuum & replet membra superiora & nigrū magis q̄ rubeū & istud q̄ albū Comparando tamen uina in caliditate aliquod albū est calidius aliquo rubeo nam & calor in principio denigrat & postea dealbat & si cōtinuetur actio causatur rubedo qm̄ ignis assimilat passum sue nature. Subdit tamen q̄ omnia uina nocent pueris quia habent partes superiores plenas humiditatibus qa p quatuor aut quinq̄ menses non possunt mouere ceruicē sicut nec multū ebrii donec ebrietas durat. unde licet embriones quiescant in matricibus ratione humiditatis. hec tamen in somno concurrit potius ut materia sed ait q̄ somnus assimilatur epilentie ut illuderet antiquos qui simpliciter asserebant illum esse epilentiam quia dormientes apparent suffocati. ¶ Sed licet non sit habet tñ similitudinem cum ea quia sicut in somno animalia uidentur prohiberi a sensu & motu pariter illa egritudo prohibet membra animaliū moueri & sentire quia obstruuntur pars anterior cerebri & meatus & uie caloris & uene colli tumescunt per quas ascendit calor & spiritus & quando anhelitus coartatur potest animal suffocari capita autem parua quando uene ex corde ad illa sunt ample faciunt potius somnos leues puta a quibus dormientes facile excitātur sicut profundi cum difficultate. Et quamuis stomachus uacuus sit calidus quia latera se mutuo calefaciunt, caliditas tñ pleni nō est adeo parua ut īpediatur somnus patet qa facit euaporare.

CA. VII. DE SOMNO CAVSATO EX LABORE.

FErtur aūt duas esse species somni uidelicet p̄dictā ex cibo & potu aliam ex labore. Cum enim uita hominis declinet per calidum & humidum & propterea potentie anime precipue operentur cum caliditate que cū soluaͭ in humido naturali. ideo quādo istud in usu operū & laboribus resoluitͭ uel minuitur aut infrigidatur ab aere uel aliter distēperaͭ qm̄ tūc uires p̄dicte nō possunt cū eo cōmode opari stati reuocāt calorē

alteratum ad uiscera et ad intrinseca corporis ut recuperēt quod depet ditum erat. & quia ad loca a quibus retrahitur calor succe/dit frigiditas que sui natura constipat & obstruit nam & elemēta frigida ut terra & aqua sunt minora calidis. ideo obstructis organis a frigiditate que continue agit in humidum naturale pellēdo ipsum ad suam originem. ideo tunc pulsis uiribus & calore sequitur somnus causatus a labore uel exercitio uel aliis rebus calorē & humidum naturalia alterantibus. Postq̄ autem calor est restauratus in corde redeunt uires seu potentie & fit uigilia. & quando humiditas seu uapor cum aliis qualitatibus non dominatur ul/tra cursum nature causat somnum naturalem. cum uero dominatur cogunt corpus manifeste egrotare ut patet in subethicis & li/targiricis. cum deniq; calor mouetur sine mēsura seu ignitur causat uigilias contra naturam ut in freneticis.

CA. VIII. DE COMPARATIONE VTRIVS/QVE SOMNI.

Quamuis somnus ex labore sepe fiat ex diminutione hu/midi & ex cibo & potu ex habundantia illius tenetur ta/men q̄ causa prioris sit cor siue cerebrum compleat ac/tionem illius siue nō. sed ex cibo & potu fortior causa sit cerebrū sed quia ad istud terminatur motus uigilie & incipit motus ī quo fit somnus. ideo uidet q̄ sit causa utriusq; de somno est manifestū propter eius naturam humidam & frigidam. uigilia etiam & si i/cipiat a corde propter eius calidam & siccam natutam terminaē tamen quando spiritus restaurati in eo redeunt & expanduntur. Quia igitur a corde incipit & continuatur motus & ab eo pro/cedit retractio & expansio caloris. ideo peripatetici dicunt illud esse causam uigilie et somni. Sed forsan non semper patet quia interdum causatur ex fortitudine uirium anime ut quando sen/sus exteriores et communis retrahuntur et uniuntur interius cum cogitatiua et imaginatiua et si tunc homo appareat ueluti mortuus quod Socrati et Pictagore accidisse fertur.

& si quis instet q̃ iste non est proprie somnus sed extasis potest tñ subsequi ut sepe compertum est & tunc erit somnus saltẽ equiuoce reducibilis ad illum causatum ex labore. Finis igitur somni est salus animalium quibus ut dictum est accidit fatigatio & labor apud motum. Cum etiam nutriãtur. ideo indigent somno tum propter quietem tum ob necessitatem nutrimenti. unde corpora celestia non egent dormire quia non defatigantur neq̃ nutriũtur. uapor uero in ratione motus reputatur efficiens inquãtum tamẽ obstruit meatus sensus cõis potest cedere loco materie quia tunc eius humiditas cõcurrit passiue. Sed quia ut aiunt somnus est formaliter priuatio ideo caret causa positiua patet quoniam uapor ascendens est causa ligandi potentias ad quod sequitur priuatio uigilie & hec est somnus. & cum dicunt q̃ modus seu figura dormiendi est forma si istud esset uerum multe sane essent forme illius sicut multe sunt figure & situs dormiendi.

CA. IX. DE QVIDITATE ILLIVS.

Quamuis autem quidam agentes de quiditate somni si quidem sic uocari possit uel in suo genere repetiatur referãt q̃ quesita sunt quatuor & precognita tria & multa alia non accomodata huic loco utcumq̃ tamen cõueniũt q̃ somnus est priuatio uigilie modo ꝑdicto sicut quies priuatio motus uel q̃ est impotẽtia sentiẽdi uel reditus sensus cõis interius uel q̃ est ligamẽ uiriũ &c. Iste tamen & similes & si forsan manifestent diuersas proprietates somni & prima accipiat priuatiõem loco generis & uigiliam pro differentia similiter & sequentes aliquid tale. uerum cum somnus non sit in genere & propterea non possit qu[illegible]ntum ad rem notificari diffinitione resoluẽte in sua principia sed solũ q̃tum ad nomen in sua significata ideo sicut in multis suf ficit supponere nomen ueluti signum & materiam circa quam artifex ꝑ artẽ negocieẽ & addit & minuit ut tãdẽ pueniat in noticiã non quiditatis subiecti ꝑserti a priori q̃a hec ẽt in aliis sciẽtiis presupponiẽ per se nota uel ꝓbata ĩ sciẽtia supiori. quare si ĩ ꝓposito

medium erit aliquid quod possit acommodari ad inuestigandū passiones & proprietates ipsius tunc diffinitiones supradictę erūt huic loco satis sufficientes.

¶ Secundum igitur peripateticos sunt tātum due species somni & totidem uigiliarum altera in sanis altera in egris non enim eodem modo quiescunt egrotantes sicut bene se habētes. Et quia de quouis uiuente dicitur ꝙ est sanum uel egrum quia ex sola proportione humorum secūdum eos resultat sanitas & ex disproportione egritudo ideo illi non plures q̄ duas species somni esse arbitrati sunt. Verum licet cause uigiliarum innaturalium ut dicunt sint egritudines possunt tamen sine istis causari ab humoribus calidis uel nitrosis uel ab intensa calidītate. Et licet iste reducantur forsan ad corpora egra non tamē est dubium ꝙ etiam in sanis cogitationes nocturne prohibeant interdum dormire quoniam cogunt spiritus animales redire ad sensus exteriores & quando sunt multe subtiliant illos qui ueluti natura leues mouentur ad circūferentiam que omnia cogūt uigilare. unde si excessus uigilādi aliquando ab egritudine aliquando sine ea potest accidere pariter & somnus.

CA. X. DE OPINIONIBVS MEDICORVM.

Isti igitur quia ponunt inter sana & egra corpora que nō sunt complete unū nec aliud puta apta iam labi in egritudinem & aliqua reduci ad sanitatem illa appellāt neutra decidentie ista conualescentie ad quod sequitur ꝙ tres uel potius quatuor somni species probare cogantur quoniam totidem sunt dispositiones corporee distinctę. Sed dicunt ꝙ somnus in communi est reditus spirituum & caloris naturalis ab instrumentis sensuum & motuum ad suum principium quo reditu illa priuantur suis operibus exceptis illis sine quibus uita non permanet puta anhelitu & aliis sine quibus pereunt animalia. Somnus uero naturalis est in quo fit reditus spirituum naturalium ad loca interiora ut calor roboretur ad digerendum & uitalis ut animal

quiescat ab ulteriori defatigatione & regenerētur omnes spiritus qui in uigilia erant resoluti. Et quidam addunt ꝙ etiam reuocantur animales ut coadiuuent ad digerendū. sed nihil refert quoniā sunt remisse caliditatis respectu naturalium quare potius impedirent possunt tamē sequi alios ne forsan detur uacuum. & cum addunt ꝙ omnes spiritus nutriuntur & roborantur locutio est impropria quia uera illorum nutritio est noua generatio & defectus nutrimenti corruptio. ¶ Sed somnum contra naturā dicunt esse reditum spirituum propter causam contrariam siue enim procedat ab aere siue ab humore uel cibo cause tamē possunt esse adeo fortes ut inducant stuporem uel subet. humiditas etiam pōt adeo laxare neruos & musculos ut tandē coincidāt & deteriora potest inducere frigiditas quia actiua & magis aduersa sensui & motui. ¶ Et licet ī somno naturali potior cā sit humiditas & improprie frigiditas. innaturali tamen omnes qualitates ímoderate possunt esse in causa. & quamuis dicant ꝙ iste est quasi medius inter contra naturam & naturalem est tamen propinquior naturali & preter naturam illi contra naturam quia non putant causas innaturales esse adeo malas sicut preter naturam uterꝗ tamen lapsus exigit ut spiritus & corpus recreentur.

CA. X. DE COMPARATIONE OPINIONVM CIRCA ORGANVM SENSVS COMVNIS.

Tenent autem peripatetici ꝙ sicut cor est primo formatū pariter prius uiuit sentit & patitur & ꝗñ quis leditur in aliquo membro dolor prius peruenit ad illud quod et ultimo moritur unde inferunt ꝙ est primum sensitiuū tum quia est subiectū primi sensus uidelicet comunis tum quia alii sensus oriuntur ab eo. Medici uero locant sensum comunem in primo uētriculo cerebri quē tñ illi cōcedūt solū esse mediū ratio tamē istorum est tum quia cōis in cerebro primo mouet ab exterioribus tum quia si cor est principium uite & epar nutrimenti & testiculi generationis etiam cerebrum erit principium alicuius pu

ta sentiendi mouendi & quiescendi. ¶ Nam & si hec tria non cõplicantur nisi in uirtute cordis quia tamen in cerebro seu in organis existentibus in eo sunt species rerum sensatarum quarum iudicium non est in corde nisi uirtualiter ideo illi non aberrant totam uiam. ¶ Quidam tamen uolentes tollere hanc ambiguitatem distinguunt duplex organum sensus cõis unum in quo confluunt omnes sensus particulares & istud est in cerebro in quo et prius manifestantur sensationes. Aliud in quo omnes originãtur & ultimo terminatur cognitio & est in corde & uolũt dicere q in isto est ut in origine & i cerebro subiectiue & organice. addũt tamẽ quod cerebrum est maior causa somni & cor uigilie quod illi negant.

CA. XI. DE PROPRIETATIBVS SOMNI.

Eferunt autem q proprium somni est calefacere intrinseca quia reuocantur spiritus & calor ad uiscera & uentrem unde intrinseca remanent frigida. Sed calefiunt priꝰ superiora quia calor est magis aptus ascendere. Cum tamẽ est prolixus totũ corpus potest calefieri sed ex superfluo caput grauari. ¶ Cum uero calor ex aliqua causa obtunditur uel ebetatꝰ totum corpus potest infrigidari & qñ ex multo somno esset resolutum humidum quod erat subiectũ illius utrũq; euanescere. unde ipocrates & fere omnes dampnant exuberantiã illius retinet enim calorem interius qui sepe cõpleta digestione conuertit se super humidum membrorum: nec finit pellere extra corpus superfluitates presertim frigidas. uigilia tamen non debet esse multa quoniam exsiccat & sepe generat coleram uel salsum humorem. Et quãuis in somno sani uires anime naturales ex conuentu caloris mensurato fiant fortiores animales tamen fiunt debiles & obtuse quia uie cordis & cerebri humectantur & spiritus a uaporibus conturbantur. unde quando dicitur q omnes spiritus augentur & regenerantur & omnes lassitudines remouẽtur per somnũ intelligitur potius de tẽperato. iste enim proprie restaurat & pro

hibet ne spiritus resoluantur & cibum digerit & succurrit debilitatibus ex quauis resolutione & quia senes sunt sicce nature. ideo conseruat in eis humidum.

℄ Debet autem esse profundus & postq̄ cibus descendit a superiori parte stomachi & post quietem inflāmationum seu febrium quia dormire super ista auget inquietudines & repletio multa cibi in sanis cogit reuoluere dormientes de latere in latus. Et quia retardata digestione cibus aliquando corrumpitur & natura fit studida. ideo monent ꝙ quando prolongantur descensus illius homo prius ambulet donec descendat & postea dormiat. Sudor autem accidit in somno quando cibus est multus uel humores superflui expelluntur a natura tunc non occupata. apti uero digeri uertuntur in sanguinem. Moderātia igitur somni primo sumitur ex qualitate uidelicet nō nimis leuis nec ualde profundus sed faciliter dormiat & excitetur. ℄ Leuis tamen dormitatio in omnibus dispositiōibus fertur esse mala quia utplurimum procedit ex impedimento uel imbecillitate uirtutis aut humoribus nitrosis. Secundo ex quātitate non breuis nec lōgus sed duret per septem horas uel circa quia in minori non plene recreantur uirtutes nec complentur digestiões secus in pueris. Tertio ex tempore puta ꝙ dormiatur de nocte quia de die generat catarros/ corrumpit calorem/inducit pigritiam/laxat neruos/debilitat appetitum / & generat quandoq; apostemata & febres. ℄ Interruptio tamen somni cito facta naturam ab opere distrahit & stupidam reddit. unde consuetis dormire de die non debet interrumpi presertī egris figuram uero meliorem dicunt esse ꝙ primo incipiat super latus dextrum ne cor grauetur a stomacho repleto sed pfecta digestiōe dormiat super sinistrum quia euaporationes suaues faciunt somnum confortantem cor. Sed aiunt ꝙ dormire supra uentrem augetdigestionem quia retinet calorem & cibū comprehendit. Sed resupine preparat apoplexiam & frenesim uel ad incubum quia superflua non expellunť per canales ordinatos puta nares palatū

& inteftina. infirmi uero dormiunt refupine propter debilitatem mufculorum ex qua unum latus aliud ferre non poteft quare fu/ ftentant fe fuper dorfo quia eft fortius latere. Sed interdum dor/ miunt aperto ore propter debilitatem feu ficcitatem mufculorũ qui reftringunt mandibulas & aliquãdo fit ftertor & fonitus gut turis quia obftructo orificio canne pulmonis aer exit frangendo humiditates in eis ex qua caufatur ftertor & fonus. Et licet dictũ fit ꝙ fomnus debeat durare feptem horis uel circa poft multam tamen euacuationẽ uel cryfim poteft prolongari etiam beneficio artis fecus in apoplexia uel catarro. ❡ Somnus igitur conueniẽs fano non cõuenit egro in quo natura procurat fomnum profun/ dum & diu durantem & fepe de die quando nõ potuit dormire de nocte & quando non poteft in iftis duobus medici ponunt fup eos unguẽta frigida & ftupefactiua. debet etiam effe prolixior qñ medicus expectat ꝙ natura refoluat uel expellat materiam caufã tem egritudinem aut uult prohibere frenefim uel occurrere fyn/ copi aut mitigare dolorem uel fpafmum.

❡ Vigilie autem & fi calefaciant exterius & fuperius prolixe ta/ men potius infrigidant fed quando funt immoderate diftempe/ rant & deficcant urunt humores & generant egritudines calidas & acutas & quando fpiritus acuuntur feu igniunẽ fepe fuccedũt permixtiões uirium interiorum & memorie moderate difponũt illas & mundãt corpus. ❡ Si.n.fũt fimiles motui hic autẽ cũ nõ excedit refoluit folas fuperfluitates que non funt de intentione na ture unde excitat appetitum & econtra uigilie immoderate pro/ hibent famem ficut exercitatio exceffiua & laboriofa debilitat di geftiuam.

CA. XII. AN VIGILIE PREFERAN TVR SOMNO

QVoniam fenfus in fomno funt in potentia & in uigilia in actu dormimus etiam ad finem uigilandi ideo uigi/ lia reputatur preftantior. Nec obftat de fomniis ueris

enunciatiuis mirabilium quia excepta prophetia cetera utpluri/mum reputantur fallacia. Nec etiam competit sensibus ex propria natura ut operentur spiritualiter sed intellectui. & dato q̄ comprehensa miranda possint esse uera non tamen protunc intel lecta sed comprehensa in uigilia possunt plene intelligi. Et Arist. inquit q̄ per dimidium uite non differt felix ab infelice quoniã perfectio hominis acquiritur ex operatione que nequit experiri in somno quere ab eis.

Cur solus homo dum dormit declinatur. ¶ An uires & spi/ritus prebentes sensum & motum reuocati interius non si/nunt corpus retineri erectum siue enim rectitudo figure in homi ne causetur ex eo q̄ uires predicte & calor suapte natura ferantur sursum siue determinetur a propria specie subtractis tamen illis a membris oportet q̄ iaceant ad capita uero animaliũ que nõ incé dunt erecta cum nõ fiat tantus nec adeo facilis illorum ascensus ideo membra in eis cum non remaneãt omnino destituta presi/diis commodius se sustentant.

Cur habentes capita magna sunt amatores somni. ¶ An fa/ciliter recipiunt & retinent fumos uaporosos istorum etiã cerebra humidiora sunt magis apta ad somnũ cuius efficiẽs pro pinquum uapor est proculdubio.

Cur uinum inducit interdum somnum interdum uigiliam. ¶ An cum sumitur moderatum facit somnum quoniã ua/pores istius non perturbant sed faciliter humescũt & obstruunt uias per quas discuttunt spiritus & calor dum uigilamus secus quando est multum aut potens tunc enim obtũdit & uexat uires & anime instrumenta que posita in motu cogũt uigilare. Et quã/uis interdum perturbata natura isti fiant stupidi non tamen uere dormiunt.

Cur somnus magis & longior fit iacendo super dextrã q̃ sup sinistrã. ¶ An ut iqt Arist. sup istã magis uigilamus somnus uero ex cõtrariis causis fit. ¶ An dextera magis defatigatur ĩ ui/

gilia quare maiori eget quiete nec super ista coartatur cor...

CVr animalia minori tempore dormiunt q̄ uigilēt. ❡ An ne-
dit superfluitates multiplicate completa digestione non pos-
sunt commode a natura transmitti extra corpus unica expulsiōe
Cum igitur pluries insurgamus ad deponendum illas ideo sepe
interrumpitur somnus. ❡ An potius maior pars operatiōum ne-
cessariarum ad uitam & in quibus consistit humana perfectiō cō-
pletur in uigilia & non in somno in quo homo nō differt a plā-
tis uel brutis & quem natura inuenit ad finem uigilandi dormi-
mus enim ut quietius & delectabilius uigilemus.

CVr dicunt ꝙ somnus ualde confert digestioni. ❡ An istud
non accidit in unaquaqꝫ sed potius in illa que fit gratia tori-
us corporis puta stomachi & epatis super quam uires & calor se
conuertunt magis unite & per breuiores lineas quoniam sunt fe-
re in medio animalis. ❡ Ad alia uero membra particularia trans-
mittitur pabulum digestum & si quid deest sufficit eis calor inna-
tus quod fieri potest in uigilia sicut in somno.

CVr aiūt ꝙ loca paludinosa seu aquosa causant sōniū. ❡ An
ab istis proferunt uapores ingrossantes & infrigidātes aerē
quem inspiratum seu tractum anhelitu refugiūt spiritus ut aduer-
sum proprie nature que est lucida & clara. ad retractionem uero
istorum sequitur somnus. ❡ An potius aer crassus āhelatus siue
ingressus per poros corporis sua grossitie primo grauat cerebrū
& delatus ad sensum comunem cogit aliquando dormire.

CVr fabule interdum causant interdū tollunt somnū. ❡ An
ut fertur in quibus habundat crassa humiditas si contingat
ꝙ ex labore in audiendo resoluatur in uaporem capiūtur somno
in macilentis uero seu colericis humor subtilis magis acuit qua-
re pungendo cogunt potius uigilare.

CVr aiunt ꝙ speculantes occulta sepe dormiunt. ❡ An assi-
dua contēplatio impedit decoctionē nutrimenti indigesta
uero facile euaporant ad caput & faciunt somniū secus. quando

intelligunt & delectantur quoniam attentio cogit tunc uigilare. & ꝓpterea legentes cum non intelligunt ſepe dormiunt. quia ſpūs & uires ex conatu & agitatione debilitata redeūt interius ut quie ſcant ad quod ſequitur ſomnus potius ex labore qui etiam ſepe conuertit humorem in uaporem.

Cur quedam animalia dormiūt oculis apertis puta lepus & piſces. ℭ An carent palpebris cum enim ſint ualde timida natura illas denegauit eis ut facilius expergefacta tueantur. & le pus quando proſequitur non colligit ſe in nemore ne oculi diſco operti ledantur a uepribus & ſpinis.

Cur memoria malorum preteritorum non tollit ſomnū ſe cus de futuris. ℭ An ſi eſſet uerum & utrunq; laborioſum. de futuro tamen quia ratione timoris annexi eſt cum ſollicitudi ne hec autem prohibet dormire ſecus de preterito.

TRAC. II.

CA. I. DE NOMINIBVS ET DISTINCTIONI BVS SOMNIORVM.

Que autem uexant in ſomno dormientes uocantur fantaſma oraculū uiſio que ab ariſto. comprehenduntur ſub duobus uidelicet ſomnio & inſomnio a quibus dormiedo permutantur homines ad gaudiū uel triſticiā amorem uel ſpē & id uel ex indiſpoſitione corporis uel propter aliquid impreſſū ab extrinſeco que cum poſſint ex pluribus cauſis accidere ideo referūt ꝙ ſomniorū aliquod eſt naturale ut cauſatum ex temperie uel diſtēperie corporis aliud animale quod accidit ex ſolicitudi ne anime in uigilia. aliud uerum puta quod aliquid ſignificat & falſum econtra. aliud diu durat ut quod fit in cerebro ſicco ali ud cito labitur ut in humido. ℭ Vocatur autē inſomnium quod uenit cum ſomno & cum eo euaneſcit. ſed fantaſma quando dor miens uidet formas ſeu ſpecies diſcrepantes a ſua natura turbulē tas uel letas. alia autem uocantur celeſtia ut que dantur a mo toribus orbiū imprimentibus ſimilitudies in aīas nr̄as & cātum

ab angelo uocant oraculum uel quando aliquod numen celi qe q̃ aperte denunciat & a demone diuinationem quia eius solertia profert potius illa que coniecturat. Nam & greci uocāt demonē prudentem & si secundum aliquos istud accidat quādo obsedit seu ingreditur aliquod corpus & in eo loquitur linguis diuersis Et datum a deo appellant uisionem seu prophetiam. Est enim ui sio quando aliquid euenit sicut fuit enunciatum.

¶ Somnia autem uera sepe teguntur multis uelaminibus quibus non nisi subtili indagatione cognoscuntur. Nec semper significata uerificantur super persona somniantis sed super alia uel aliis rebus comunibus cum eis. Et quidā dicunt q̃ si quis priuatus somniaret aliquid de statu Ciuitatis cuius ipse non est dominus nec gerit magistratū q̃ somnium est inane & uanum quia de statu publico est solum credendum regio somnio & si forsan publica ad omnes pertineant.

CA. II. DE OPINIONE PLATONIS.

Quidam refert Platonem putasse somnia causari ab aīa quando non est impedita a corpore patet quia si inquit multas diuinatiōes esse adeo anima uero diuinitate participat uerum & si posuerit forsan animā mundi ut principiū extrinsecum non tamen ista nec illa est terminata ad aliquod singulare quare nec pōt facere somnia saltē immediate. sed q̃a alibi retulit tria genera spirituum uidelicet igneos aereos & aqueos qui subministrant tribus generibus uitarum. ideo forsan putauit q̃ somnia proueniant ab istis. ¶ Alii uero aliter declarant mentē illius cum enim posuerit quoddam uehiculum & si corporeum quia tamen est insitum cuilibet anime ut per eum possit redire ad celum ideo tenet q̃ anima auspicetur somnia cum isto uehiculo quod si esset uerum cum istud reperiatur in unoquoq̃ homine. ideo quisq̃ posset ad libitum illa interpretari nisi aliter

impediretur. & tamen ut omnes tenent interpres idoneus debet cognoscere similitudines omnium rerum secundum diuersitatẽ gentium & morum.

¶ Si dicas ꝙ habens illud est in potentia ad ista non sufficit quia in quolibet homine inest potentia interpretandi sicut etiam euadendi sapiẽs media notitia primorũ principiorum sed in multis est ualde remota similiter respectu uehiculi. Vnde alibi retulit duos modos predicẽdi futura cum uno humana cum procedimus ex causis naturlibus cum alio diuina quando ultra uires hũanas anima eleuatur in deum.

CA. III. DE MAIORI NOTITIA PREDICTORVM.

QVicquid autem dicatur ipse tamen aliter se declarat in policia ubi introducit Socratem dicentem. Cum dormientibus ea pars animi que mentis & rationis est particeps sopita lãgueat illa autem in qua feritas quedam est atq; agrestis immanitas cum sit immoderata obstupefacta potu atq; pastu exultare eam ĩ somno immoderate iactari & paulopost loquitur etiam de irascibili. Cum inquit illa etiam tertia parte animi ĩ qua irarum consistit ardor & que sequuntur in quibus uerbis expresse fit tres anime partes uidelicet rationem quam appellat mentem & appetitiuam hoc est sensitiuam & terciam irascibilem. ¶ Vnde infert ꝙ sensitiua male affecta cibo & potu faciat somnia praua & terribilia econtra quando sobria conformat se rationi. & ulterius uult ꝙ simulachra somniorum que perueniunt ad fantasiã mittantur ei a parte rationali quam uocat mentem & animum quod uidetur conforme dictis suis uidelicet animam intellectiuã esse creatam plenam speciebus seu simulachris unde in hoc differt ab Aristo. qui tenet quod ista proueniant ab aliqua potentia uel parte sensitiua interiori uel ab extra ut patebit.

CA. IIII. DE OPINIONE AVICENE.

Iste ut aiunt tenet q somnia & multa alia dentur ab intelligentia ultima mouente lunam & hoc medio lumine illius quo irradiatur hominum fantasia dum dormiunt. Putat enim q prima que sola est improducta. & unum tantũ ens simplex cum se actu intelligit producat tantummodo secũdã quoniam ab uno simplici non prouenit nisi unum. pluralitas enĩ secundum eũ non procedit nisi ab agente in potentia uel quãdo operatur mediante instrumẽto. ¶ Ideo intelligẽtia secũda ꝑq̃to intelligit primam producit tertiam sed ꝑ quanto intelligit se in actu producit animam sui orbis & prout intelligit se in potentia respectu prime producit orbem. Et idem ordo seruatur usq̃ ad ultimam mouentem lunam. Sed ut aiunt tenet q sicut prima producit secundam in uirtute propria pariter secunda producit tertiam ex sua & non prime licet forsan hec non fuerit eius mens quia non ignorabat q quelibet natura intellectualis dependet in producẽdo a prima. Et propterea alibi inquit. ¶ Lex nostra quã dedit mahumet ostendit dispositiõem felicitatis & miserie que est secundum corpus & est alia promissio que apprehenditur ab intellectu. & subdit sapientibus uero theologis multo maior cupiditas fuit ad consequendũ hanc felicitatem q̃ corporum. que quis daretur eis non tamen attenderũt nec appreciati sunt eam ratione felicitatis que est coniunctio prime ueritati. qui tamen tribuunt ei primum sensum licet concedant ordinem productionis negant tamen q aliqua alia a prima possit producere in propria uirtute sed tantum prime propter ipsarum dependentiam ab ea. ¶ Ille etiã tenet q uirtute ultime producãtur forme substãtiales in materia quia putat q nulla forma materialis sit actiua preter quatuor primas qualitates que nõ ꝑducũt nisi similia puta accidẽtia q̃re illa ultima q̃ uocãt datricẽ formarũ ꝑducit substãtiales formas ĩ materia. Et loquẽdo de sõniis ueris inq̃t q qñ itellectus noster per electionẽ est unitus cum illa intelligentia nunq̃ cadit

sub umbra, & in uirtute illius uel illarũ pronosticatur futura. Cũ enim quidã habeát intellectũ adeo abstractũ & liberũ ut credanẽ esse per similes illis & cum intellectiua non utatur per se organo corporeo ideo dicit ꝙ ipsa potest intantum eleuari ut predicet futura. sed anime non adeo eleuate quia non participant tantum de illo solũ possunt naturaliter discurrere & intelligere. sed que sunt magis depresse non possunt ex se & adhuc depressiores nec ex se nec ab alio erudiri unde ille sic eleuate multomagis faciunt & interpretantur somnia uera. depresse uero & si possint facere non tñ illa declarare. ❡ Sed licet iste sint potius uisiones seu prophetie quia somnia non sunt proprie passiones intellectus cum hoc tamen si predicta essent uera de illis non esset scientia secundum naturam. adhuc si illa prior transmutatio esset possibilis permutaretẽ ordo mundi quia fundatur super motu qui nequit fieri nisi quando ultima se tangunt. tolleretur etiam omnis generatio & corruptio substantialis & uniuoca. Si etiam essent saltem possibilia fuissent aliquando uerificata in aliquo indiuiduo. sed quantum se extendat possibilitas nature dicetur post.

CA. V. DE OPINIONE AVERROIS.

Iste magis accurate procedens refert primo ꝙ omnis cõprehensio in somno uel est somniũ uel diuinatio aut ꝓphetia agit tamen solũ de somniis uelut imitatorẽ Aristo. aut quia ista duo non possunt tractari in scientia de natura côcedit tamen diuinationes fieri a demonibus & prophetiam dimitti a deo. & quia aliqui negabãt somnia istud improbat tum qa nemo reperitur cui aliquid non fuerit uerificatum de eis tum quia famosa non sunt ex omni parte falsa. & propterea diuidit primo illa in uera & falsa & ambo tribuit imaginatiue noluit enĩ assentire aliqbus Arabibus tribuẽtibus illa pti intellectiue ꝗ ẽt ĩ sõno remanet soluta. istud eẽ nõ põt qa intellectio in somnio nõ est apparitio sed uerum intelligere. Causa tamen quare tribuit hãc passionẽ imaginatiue est quia sicut motus uigilie incipit a sensibus

exterioribus & terminatur ad memoratiuam pariter motus somni econtra incipit ab ista & terminatur ad exteriores quare cũ sit passio interiorum & non memoratiue nec cogitatiue quia ut ait istarum operatio non manifestatur in somnio quare erit imaginatiue quę est in motu & actione continua & potest accipere simulacra a memoratiua quãdo somnium est de insensibilibus acceptis tamẽ a sensibilibus ut cum somniamus proficuum uel nociuum sed accipit a seipsa quando somnium est de sensibilibus & ab utraq; quando est mixtum ac etiam ab agente exteriori puta celo uel ab intelligentia. Et addit q; quando sunt uera enũciat aliquid cuius esse in hora cognitionis pro maiori parte est non ens quoniam si esset in actu non prediceret res futuras sed presentes et per non ens intellexit non existens quoniam omnia futura habẽt esse in suas causas (sed qcquid sit) Aristo. tamẽ tenuit ut patebit q; somnia fiãt per defluxionem idolorum que deciduntur a rebus existentibus in actu. sed ille forsan itellexit q; ipsa significatio somnii non est in actu. ¶ Vtcunq; tamen dubitauit quomodo intelligentia abstracta possit dare imaginatiue cognitionem indiuidui particularis cum ipsa sit uniuersalium pro quibus refert q; quedam sunt indiuidua substãtiarum simplicium quedam mixtorum que uel sũt inanimata ut mineralia uel animata anima uegetatiua ut plãte uel sensitiua ut bruta uel intellectiua ut homines ¶ Accidẽtiũ etiam quedam insunt simplicibus quedam mixtis quedam animalibus. & istorum quedam sunt a natura quedam ab arte & iterum per se uel a casu. hec tamen non intelliguntur nisi per accidens. Omnia igitur indiuidua substantiarum simplicium uel compositarum & omnium accidentium per se habẽt causas terminatas que cum sint intellecte ab intelligentia a nobis tamen non possunt per se intelligi qm̃ non cadunt sub sensibus sicut nec futura. quibus premissis soluit dicens q; intelligentia que cõtinet causas istarum cum sit solicita de illis que possunt nobis cõferre uel nocere ad istum inq̃ finem & si quantum ex se daret

nobis noticiam illarum causarum uniuersalium. quia tamen potentia anime in qua illa recipitur est organica ideo nõ recipit nisi particulariter instar forsan materie prime cui dantur perfectiones anime uniuersales & ipsa solum recipit particulares quod declarat quia sicut medicus cum duabus propositionibus quarum una est uniuersalis & intelligibilis habita per artem alia particularis & sensibilis per aliquod inuẽtum potest pronosticari super egritudinem & sanitatem pariter notitia somni potest procedere a duabus causis una uniuersali uidelicet intelligentia que illuminat imaginatiuam alia particulari sub illa. quoniam somnia ut plurimũ fiunt de illis que sunt nota somniãti. ¶ Nõ etiã causantur ex preexistenti notitia agente hoc est primorum seu propriorum principiorum que sunt media inter intellectum & conclusionem sed solum media notitia disponente seu preparante uidelicet cum speciebus reseruatis in sensibus interioribus alias tamen acceptis ab indiuiduis sensatis que sunt ueluti media ideo que nũq̃ fuerunt sensata saltem in parte non somniantur. Sed ait ꝙ cognitio imaginatiue potius terminatur ad similitudinem seu speciem indiuidui q̃ ad indiuiduum quoniam si illuminatur ab intelligẽtia ideo ipsa continue conatur fieri ei similis cum specie que est spiritualior indiuiduo. sed magis comprehendit in somno quam in uigilia quia in illo est magis soluta & ĩ ista turbatur ex actibus sensuum exteriorum.

¶ De interprete uero illorum refert ꝙ debet habere sciẽtiam qua possit distinguere similitudines omnium rerũ & scire mores omnium gentium secundum leges quas receperunt de fide de deo & angelis debet etiã abstinere a sordiciis reliqua quere ab eo quoniam licet tetigerit omne genus cause est tamen difficile manifestare quomodo possint reduci ad actum quod est principale propositum.

TRAC. III.

CA. I. DE OPINIONE ARISTO.

ISte primo inquirit cuius potentie somniũ sit passio si enĩ est comprehensio hec autẽ uel pertinet ad sensus uel ad intellectum qm̃ hee sole potentie sunt cóprehensiue. Sed non est sensuũ exteriorũ qm̃ isti sunt ligati dum somniamus nec intellectus quia nó pcipit colores nec sapores sine illis unde operationes eius in somno non sunt somnia credidit tñ ꝙ sicut in uigilia potest corrigere errores sensuum qñ isti decipiuntur pariter in illo & tandem cócludit ꝙ somniũ sit passio illius sensus cuius est somnus & uigilia puta cóis cuius [illegible] impotentia sentiendi est somnus & solutio uigilia. Sed egit de somniis quia de eis est scientia naturalis sicut de affectibus anime uel corporis fantasmata etiam siue species mote in somno possunt referri in animam ut in causam non solum subiectiuam sed interdum agentem & si concurrant uapores uel humores deferentes illas.

℃ Verum cum teneat ꝙ non sint proprie de rebus necessariis ꝑ quato ista herẽt uni uie & ordini nec forsan de illis que possunt cóprehendi uia demonstratiua. Sunt enim de his que pertinent ad agibilia uel factibilia inquantum futura nobis utilia uel nociua. Et licet uolens saluare ordinem nature increpauerit Simonidẽ dicentem ꝙ mittantur adeo quia si sic non darentur imundis nec brutis sed prudentibus non tñ inconuenit ꝙ praui etiam faciant somnia quia ista non dãtur solum pro bono priuato sed publico cuius regimen cum a solo deo seu ab eius libera uoluntate depẽdeat ideo potest illa mittere cui uoluerit.

CA. II. DE DISTINCTIONE SOMNIORVM.

CVm autem dictum sit somnium secundum cum esse passionem sensus cóis debet intelligi ut fantasticus quia conmiendo recipit simulachra a fantasia. & propterea concludit ꝙ somnium est fantasma idest apparitio fantastica. & sub.

dit in somno quia idola que representant res in uigilia non faciūt somnia. que diuidit quoniam aliud est causa aliud signum aliud accidens aliud omnia respectu tamen diuersorum. si enim sunt il larum affectionum que sunt in nobis istud est uel ex parte anime & ut sic sunt potius cause uel ex parte corporis & sunt signa sed que fiunt ex illis que sunt extra nos cum nullo modo sint in no/stra potestate ideo uocantur accidentia. Exemplum datur ab eo de eclypsi solis cuius causa est luna que interponitur. Signū uero est stella apparens in die subintrare & accidēs ꝙ aliquo ambulāte sol eclypsetur uel asperitas lingue signū febris. ℂ Somniū est so lum causa in illo qui imaginatur rem ueneream pro quanto fan/tasia mouet ad illum actum quem postea exercet ī uigilia. Potest etiam esse signum tantum ut quando ducimur in cognitionē ali/cuius rei ut dicitur de quodam qui somniauerat infundi sibi in uentrem calidissimā picem qua putabat estuari & excitatus eges sit multam coleram adustam somnium tunc fuit signum rei pre/sentis & non accidens uel causa quia hec precesserat. similiter qui somniat que non sunt in nostra facultate puta que fiunt in oriēte dato ꝙ eueniant non tamē somnium fuit causa nec signum sicut qui loquitur de aliqua re in uigilia licet eueniat non propterea lo cutio fuit aliquod illorum quia non semper nec frequenter euenit. diuisiones uero que fiunt ab aliis. in naturalia & animalia uel di/uina respiciunt solam causam. ℂ Et pro ulteriori notitia intelli/gendum ꝙ licet somnia preuideant potius futura possunt tamen esse de preteritis quia saltem conferunt ad reminiscendū que co/gitauerat in uigilia & forsan ad precauendum discrimina. & qū Aristo. inquit ꝙ non sunt proprie de necessariis uult dicere ꝙ nō eueniūt necessario quoniam si quis somniauerit se egrotare & ha/beat in se causam egritudinis posset tamen impediri per aliū mo tum nature fortiorem nam & in aere apparent sepe signa pluuie que non succedit sicut quidam concludunt qui ante executionē mutant consilium.

¶ Euariantur etiam multum somnia que accidūt ex occupationibus precedentibus in uigilia quia non omnes sollicitanē nec delectantur eisdem nec uapores mouent in codē situ nec uie sensus comunis ad imaginatiuam & memoriā sunt expedite in uno sicut in alio nec unus est eodem modo dispositus in uno tēpore ut in alio. egrotis etiam accidunt aliqua somnia timorosa quādo spiritus deferentes uires anime afficiuntur aliquo prauo uapore & quando timens excitatur cum clamoribus solent pronosticari egritudines.

CA. III. DE NOTITIA SOMNIORVM QVE PROVENIVNT AB EXTRINSECO.

Sed pro notitia somniorum quorum cause sunt extra nos Aristo. inducit democritum qui putauit illa causari per defluxionem idolorum seu similitudinum que deciduntur a rebus & cū peruenirūt ad sensus & tandē ad fantasiā somniātis fiunt somnia que sunt signa futurorum & non accidentia. multiplicantur enim similitudines rerum primo in medio seu in parte proxima & postea in parte magis propinquā quousq; perueniāt ad animam dormientis presertim quando medium est quietum & sensus qui primo illas percipiunt non sunt impediti ut accidit de nocte in qua anima solura curis potest illas similitudines percipere & ab eis informari. ¶ Nec inconuenit secūdū hāc opinionem q̄ species multiplicentur ex magna distātia usq; ad fantasiā somniātis quoniam postq̄ deciditur a re cuius est similitudo cū peruenit ad partem superiorē aeris ab isto reflectitur ad sensum illius. Seu & ulterius postq̄ species est decisa a re si inuenit obstaculum eleuatur ad aerem uel ad celum a quo forsan acquirit aliquā impressionem & postea illo pertransito dirigitur ad sensum somniantis & causat somnium potens aliquid presagire. Nec mirum quia etiam sonus & uox multiplicantur circūquaq; ad omnem differentiam positionis defluxus igitur simulachri qui non potest causari per modum linee recte causatur per modum aliarū

Nec est uerum q homo non uideat nisi per radios rectos quia li nea uisualis siue species uisibilis potest representari per lineam re flexam uel refractam de reflexa patet in speculo de refracta in de nario aut ligno oblique existente in uase pleno aqua & de radiis solis in flumine. ¶ Sed predicta patiuntur difficultatem tum ex parte specierum quia non assignatur ratio quare magis moueret ad unam quam ad aliam positioné. Cur ue magis in uno quam in alio tempore. sed non obstat quoniam similitudines rerum ex propria natura deferuntur ad sensus hominu & animalium aliter non haberetur notitia de aliqua re. Et nó solum propter hoc sed quia forte accepit aliquam proprietatem a celo dum erat in aere ideo fertur magis ad sensum unius quam alterius & si tempus in quo istud fit non possit precise mésurari. ¶ Reputatur et diffici/le quomodo potest saluari ut sensus exteriores possint illas susci/pere presertim quia sunt ligati in somno; Sed nec istud refert ná & si sint ligati quantum ad sensationem & ut in pluribus quantu ad motum de loco ad locum non tamen ligantur passiue ut pro hibeantur recipere species extrinsecas quibus patet aditus quoni am sunt quodammodo intentionales. Nihil enim prohibet ista spiritualia penetrare obstacula pserti transparétia ut sunt oculi uel etiam per fissuras & foramina & ingredi organa & sensus somni antis. nam & aer corpulentior ingreditur poros corporis. raro enim reperitur corpus adeo umbrosum seu densum ut careat om ni perspicuitate. nam & si quis esset in dolio ereo cooperto & sic ret fortis motus exterius non obstáte obstaculo species soni mul/tiplicarent se usq ad sensum reclusi in dolio.

CA. IIII. DE INTERPRETE SECVN/DVM EVM.

CVm igitur concedat q simulacra in nobis possint cau sari a uirtute celi & seruata in imaginatiua mouere sen/sum comunem & per illa preuidere quid importetur p illum defluxum, subdit tamen q poete & melancolici declarant

futura sed diuersimode loquitur de istis quoniam alibi inq[illegible] parum dormiunt quia habent naturam perturbatam [illegible] motibus & ratione siccitatis multum comedunt & iterdum sine delectatione &c. & tamé in problematibus extollit eos ualde sed in istis intellexit de atra byli. In aliis uero de melancolia naturali frigida & sicca. ¶ De interprete tamen addit ꝙ artificiosissimus somniorum iudex est qui bene potest cognoscere similitudines quoniam non semper somnia fiunt recta isto enim casu quilibet posset illa facile iudicare ut accidit de notis. nam si quis respiciat a remotis duas res sub equali distantia & una illarum sit nota ci/tius cognoscet istam & per hanc comprehendit ignotam. debet etiam scire discurrere de simili ad simile. nam & poete qui etiã ap pellantur uates ex parua similitudine alicuius rei transeunt ad ali am puta loquendo de natura ueneris perueniunt ad benignitatẽ aeris & sic in multis. illa tamen natura est habilior ad interpretã/dum que non occupatur circa alia. & interdum quod somniãt ĩ uno conferunt cum alio unde unum per aliud quãdoq̃ declarãt & hercules dicitur somniasse quod nemo sciuit interpretari & po stea dormiendo fuit ei declaratum sicut successit.

CVr inquit Aristo. ꝙ prauus sepe ꝑuidet sõnia praua. ¶ An sicut habitus prauitatis inclinat & disponit ad frequenter considerandum pariter ad somniandum illa que diutius fuerunt in uigilia cogitata quoniam facilius occurrunt quare incontinẽs mulieres/& ebrius uina/& fures sepius somniant furta.

CVr calidi natura seu comedentes cibos calidos & uaporo/sos multum somniant. ¶ An plurimus uapor calidus acu/it spiritus qui positi in motu commouent species quiescentes in memoria somnium uero causatur ex representatione illarum. & Aristo. inquit ꝙ cum humoribus calidis fiunt somnia de rebus longo tempore reseruatis quia licet iste permaneant in organis qe tiores a forti tamen motu caloris reuocate possunt facere sõnia.

CVr similitudines rerum interdum repre$entãtur fracte ĩter dum distorte. ℂ An cum uapor calidus prohibetur diffun di petit uentriculum seu organum in quo sunt unde ab illo con/ turbate non percipiuntur sub propria forma. & propterea possũt interdum fieri de illis que nunquam fuerunt sensata & grauiter dormientes nihil somniant quoniam uires anime seu imaginati/ ua prohibetur exire in actum. & ea fere ratione quidam nihil sõ/ niant per totum tempus uite quia copia humiditatum facit spũs crassiores & confundit similitudines Aristo. uero tribuit istud fri giditati & siccitati complexionis. hec enim ut ait prohibent ascẽ sum uaporum quod etiam accidit senibus ratione etatis.

CVr inquit ꝙ dormiens aliquãdo ex paruo strepitu putat au/ dire tonitruum aut ex paruo flegmate dulci stillante ad lin guã credit degustare lac & sic in multis. ℂ An ut aiunt de nocte sensus exteriores ligati respectu motionum ab extrinseco percipi unt intrinsecas longe maiores unde sensus comunis uel alia urtus somniatrix decipitur quia iudicat illas esse aliorum sensibilium quã sint. & Aristo. inquit quod parue motiones in somno appa/ rent maiores quã in uigilia quoniam sensus in ista circa plurima occupati aut non percipiũt illas uel longe minores. sed ꝙ illa pu tet aliquando esse potius mel quam lac accidit uel ex indisposi/ tione spirituum uel anime somniantis aut alterius de particulari/ bus enim non potest dari regula firma. ℂ An quando cõtingeret ꝙ natura expelleret ab aliquo membro principali aliquem hu/ morem puta flegmaticum in proposito quantum ad gustum seu uentosum quantum ad auditum & si ratione primi illud quod defluit ad organum gustus sit paruum respectu tamen sensus qui perceperunt & retinent causam prioris motus fuisse magnam in sua origine uel forsan cum magno & forti co/ natu nature expulsum ideo imaginatiua cupiens exprime/ re illam perturbationẽ quã percipit ut magnã suscitat imagines

alias consuetas representare intensos sapores puta lactis. idē iudicium est de paruo strepitu respectu auditus quē propter cās pdictas ipsa putauit magnū q̄re mouet speciē tonitrui alias sensatam.

Cur quidam dormiendo exercent opera uigilātium. ¶ An non simpliciter dormiunt nec proprie uigilant licet enim uapor tempore somni obstruet orgāum sensus comunis & repellat calorem & spiritus uersus cor. interdum tamē cum illo uapore remanet permixta aliqua species uehementis concupiscentie aut timoris uel audacie hec autem quando mouet solum organū tactus in sua origine si tunc ab illa specie moueatur etiam fātasia hec cum sit principium motus localis ideo dormiens mouetur ex se & quando cause predicte sunt remisse & debiles motus etiā sunt remissi puta non extra locum & quādo sunt fortes de loco ad locum. Et quoniam spiritus & organa sensus sunt distincti ab organis motuss ideo ut plurimum non loquuntur sed cum non multum distent ideo nō impeditur eis loquela dummodo organa non sint occupata seu indisposita tunc enim referūt fatuitates īnstar īfirmorum. ¶ Et quia mēbra inferiora que sunt instrumēta motus sunt minus impedita respectu superiorum que deseruiunt sensui ideo illa relaxantur ad motum & non ad sensum & qa complexio oculorum est de natura aque ideo tardius aperiūtur ad uidendum q̄ alia membra ad mouendum. Sed licet ambulent oculis clausis & potius a casu interdum tamē fortuna uel cōsuetudine perueniunt ad locum diu imaginatum non ex uisu quia oculi sunt clausi sed ex fantasia interiori per quam ambulāt in tenebris sicut in luce uel forsan a casu. Tactus enim licet sit in illis solutus. alii tamen sensus solum inquantum possunt deseruire potentie moeiue sed aliquando putant interficere aliquem & aliquando ꝙ ipsi moriantur quia fantasia imaginatur quod cupit uel timet.

Cur expergefacti memorantur de somniis nō autem de operibus factis ī somno. ¶ An simulacrū sōnii remāsit īpressū

in imaginatiua sed quia operatio illorum fiebat per organa clausa per se & soluta per accidens. ideo similitudines rerum factarū non poterant deferri ad sensum comunem & imaginatiuam quia particulares erant ligati. Excitantur tamen interdum quia ad fortem motum in organo sensus potest sequi motus spirituū motiuorum fortis inq̄ quia iste potest calefacere & resoluere humiditatem opilantem sensum comunem nec est necesse ꝙ protīc priuentur motu uoluntario quia & si sensus ledantur ex distemperie & diminutione spirituum non tamen tollitur sensus fantasie que est causa illius.

Cur sepe in somno apparet nobis uidere & audire. ¶ An ut inquit Aristo. sedato motu quo perturbabantur simulacra tunc similitudo rei que uidebatur representat actum uidendi & audibilis actum audiendi a quibus causabatur.

Cur interdum apparet nobis ꝙ uisus immutetur ab uno sensibili & tamen immutatur ab alio. ¶ An istud accidit quando illud immutat ut reliquum esset aptum imutare puta motus nauis facit apparere ꝙ terra moueatur quoniā iste motus est simīlis illi quem faceret terra si moueretur iste tamen error potest corrigi a superiori potentia.

CA. V. DE OPINIONIBVS MEDICORVM.

Isti etiam obseruant somnia pro quanto declarant dispositiones corporum nostrorum ad sanitatem uel egritudinem que & si forsan sint potius inquirenda per artē. aiūt tamen ꝙ quando dormientes uident fantasmata nigra seu terram siccā senes obscuros uel mortuos hec & similia predicunt egritudines sollitas causari ab humore melancolico & tunc monent esse considerandum an simulachrum tetigerit totum corpus quoniam egritudo erit uniuersalis puta febris uel lepra si in aliqua parte sola erit particularis si nihil tetigit significat super indispositionem spirituum quibus solet succedere aliqua tristitia ī anima idem referunt de sanguine. Quando enim peccat in quali uel

quâto putat uidere res rubeas & aereas & queq; placida calida & humida pronosticantur super motum seu indispositione illius & tunc similiter uel tangit totum corpus uel patiem. idem de colera quando uideret res cittinas igneas uel rixas. & de flegmate quando alba aquea uitrea uel tenacia & alia proportionata suo humori cum consideratione pdicta. sed quãuis ista possint forsã cedere loco signorum non tamen ex eis possunt inuestigari causę corporeę seu intrinsecę nec primitiue de istis patet quia pendent ex regimine sex rerũ non naturaliũ ex quibus cognoscuntur sine somniis de primis etiã tum quia raro cũ somniamus uidemur tãgi nisi qñ presagiunt succubũ uel incubũ quibus solét pronostica ri apoplexię multa etiã ex illis quę dicunt accidũt sanis absq; successu egritudinis nec dicta ostendunt cãm stat enĩ q; uapor sãguinis uel flegmatis subtilis supercalefacti labore uel egritudine faciat somnia attestata colere quę tamen nõ predominatur in corpore uel cito resoluitur uel resumat. ¶ Si queras cur psagiunt coleram quando homo in somno timet cadere uel putat cecidisse. cã est quia cum ipsa sit subtilis & uelocis motus indisponit spiritus & prohibet uires motiuas proportionare spacium inter terminũ a quo & ad quem. casus uero uel est discontinuatio uel non fine ista nam & in uigilia nedum cadit sed percipitat qui negligit descendere per gradus ordinatos. de causis uero aliorum signorum malorum satis diximus in libro de naturis uenenosorum.

CIRCA SOMNIA ANIMALIA.

Aliqui etiam illorum reducunt somnia animalia ad causam intrinsecam seu corpoream sed ista potius accidunt ex affectibus seu curis animę inceptis in uigilia. & sunt diuersa in diuersis quoniam non omnes occupantur circa eadem puta curiosus seu negociator & ociosus faber uel agricola. unde secũdũ hãc diuersitatem idem simulachrum aliud presagit uni puta auaro aliud liberali uel musico aliud sano aliud infirmo quare & si esset concedendum q; medicus ex argumento humoris predomi

nātis possit arguere temperiē uel distemperiem nature & ad plus que pertuibāt uel cōferūt secus de aialibus qm̄ ex tēpore suborīū tur diuerse cupidines de quibus nulla pōt dari regula firma sed solent ut dictum est referri in illa in que sumus natura uel consuetudine seu immoderato desiderio inclinati. Si tñ ista haberēt causam extrinsecam possent multa significare super exitum negocio rum futuri euentus. Sed signum illius est qñ somnians remanet admiratus & attonitus q̃ tunc proculdubio nō carent significato que etiam possunt accomodari ad habentia causam intrinsecam ab humoribus. Causa uero admirationis uel est ex nouo accessu speciei extrinsece quoniam non admirantur consueta uel quando humor nimiū in corpore predominatur seu exorbitat.

CA. VI. DE OPINIONE ALBERTI.

Iste autem aliquando putauit q̄ diuersitates & auspicationes somniorum possint manifestari absq̧ Astrologia uel alia scientia naturali. nam ut plurimū obseruauit arabes. ideo inquit q̄ licet anima humana sit deffinita in suo corpore potest tamen se applicare ad lumen intelligentiarum quas uocat formas mundi & recipere ab illo notitiam certe rei nam sicut ut est forma perficit totā materiam in qua est & quamlibet partē istius similiter intelligentia perficit totū orbem sibi subiectum & illuminat uniuersam naturam ordinis illius nō tamē sicut illa informat materiam sed sicut gubernator qui non tribuit aliquid na ui nisi modum ordinis inquantū dirigit eius motum similiter intelligentia. & quia separata non dependet a materia in esse nec in operari ideo est potens diffundere lumen ubiq̧ quare cum istud in anima sit loco efficientis cum q̧ illustretur ab eo propter hanc perfectionem omnes res exteriores obediunt illi indiuiduo i quo est talis anima sic disposita. ¶ Cum enim lumē sit actiuū omnium illorum que pertinent ad ordinem illius orbis cum q̄ intellectus non limitetur ad naturas terminatas & illuminatus habeat notitiā oīum sub illo ordine facile pōt pdicere futura

que tamen possunt non euenire ex indispositione recipientis & qui diuinant cũ isto uocantur ab eis prophete. Et licet somnium sit quedã prefiguratio istius ordinis quia tñ in eo imagines appa rẽt obumbrate iõ uocat̃ casus prophetie. ¶ Verũ si per istud lu men intelligãt illud eternum per quod homines & cuncta aĩalia & alia tendũt in permanẽtiã & perpetuitatem. Licet de isto unũ quodq̃ aĩal participet secundũ capacitatẽ ꝓprie nature & homo capacior possit cõtemplari superiora pro q̃to hec includuntur in ente quod est obiectũ intellectus nostri. homo tñ nõ põt imedia te moueri ab aliqua intelligentia cũ enim sit limitata nõ ualet ubi ꝗ extendere lumẽ. Est enim proprium dei dirigere cũcta in pro prios fines & actus sicut enim solus cuncta producit pariter diri git & conseruat. unde si potentia trasmutandi unũ in aliud dene gatur intelligentie multo magis homini qui agit in uirtute illius quare nec medio illo poterit iterpretari somnia quia iproportio natum potentie & modo recipiendi. Si deniq̃ reperitur eque in oĩbus nõ erit maior ratio ꝗ unus potius interpretet̃ cũ eo q̃ alius & tñ non nisi ad sapientes pertinet illorũ iterpretatio. ¶ Alibi tñ refert ꝗ superiora influũt super homines tanq̃ sup sibi subiectos quandã perfectionem parum uel multum secundũ fortitudinem & debilitatẽ aspectuum nam mixta & elementa iuuantur ab istis & postea operantur ut instrumẽta celi & tandẽ cõcludit ꝗ som nia dantur ab illo influxu medus tñ quibusdã speciebus que cõ tinue defluunt e celo hec cũ tangunt corpora nostra fortu impet tu licet non sentiatur de die propter diuersos motus de nocte tñ delate ad exteriores sensus perueniunt ad imaginatiuã & recipiũ tur in eã secundũ modũ sibi possibilẽ & quia aĩa sentit & tangitur ab illo influxu seu motu uel specie. ideo tunc querit alias similitu dines quibus possit explicare uirtutẽ illius speciei suscepte ut ac cidit illi qui dũ dormit detinetur cõcupiscentia uenereorũ querit formas seu similitudines quibus possit explere actũ uenereum. Sed uocat illas similitudines formas propter earũ efficatiam seu

potestatem quam acquirit homo in receptione illarum de qua re/
fert septem modos. Primus quando illa forma uel species mani/
festat se secundum infimum gradum puta quando somnians su/
scipit ab ea solum confidentiam animi qua audet posse predice/
re incognita. Secundus quando recipitur secundum lucem con/
fusam que non potest determinari nec interpretari. Tertius quan
do & si possit exprimere nō tamen per proprias similitudines sed
per alias que possunt solū interpretari a sapiētibus. ¶ Quartus
quando forma se representat ut est & in nullo attollitur & tunc
somniat precise ut euenit. Et dat exemplum de duobus hospitan
tibus quorum alter remāsit in hospicio alter uero recessit & dor
mienti extra apparuit socius qui nisi (inquit) cito succurras ero
interfectus sed excitatus cum putaret uidisse fantasma rursus ob/
dormiuit & iterum ille instantius eum rogabat ut ferret auxiliū
qui iterum expergefactus reputauit ut prius & tercio denuncia/
uit ei iam decessisse & ꝙ proxima die in quodam plaustro super/
iecto fimo deferretur extra portam in loco ī quo homicidium re/
maneret celatum unde admonuit eum ut summo mane cum au/
xilio iudicis ad illam portā pergeret & de iniqua morte ultionē
peteret surgens autem mane omnia inuenit sicut precise somnia/
uerat. Istud tamen exemplum tempore Romanorum refere/
batur ut antiquū. ¶ Quintus modus est quādo mouet fantasiā
& uidetur somnianti ꝙ assistat ei aliquis explanans somnium sed
sub umbris & figuris ueluti radius obscurus. Sextus quando ra/
dius intelligentie assistit per modum docentis futura & tūc som/
nium uocatur potius splendor quia simulacra proueniunt ex cor
poribus celi & splendor ab intelligentia qui tamen gradus parū
differt a quinto. Septimus est quando apparent uere & expresse ī
telligentie sine simulachris ut fertur de somno scipionis & colēti
bus iustitiam ꝙ ad sedes recipiantur ethereas tunc enim fulgor &
splendor intellectus agentis trahit ad se totam animam cuius lu/
mine percipiuntur illa que declarant obscura. Retulit etiam toti

dem modos apparitionum in uigilia correspondétes predictis.

CA. VII. DE MAIORI NOTITIA PREDICTORVM.

VErũ ista fantasmata (que refert posse apparere ĩ uigilia) negantur a multis reputantes illa esse mendacia gentiliũ Cum enim credant intellectum esse sensum hic nisi in p/ fecta pcipere pót illa uero uel nõ sũt uel respectu exteriorũ sũt tñ apparitiões. Plato uero ĩ plerisq; locis pferti ĩ politia cõcedit illa similiter Arist. iste tñ uoluit ea causari ex lesioe organorũ sensuũ ĩterioiũ unde inqt q tale fantasma est tñ motus factus ĩ illis. Beatus uero Augustinus retulit illa interdum fuisse uisa tempore suo; Si enim inqui dixerimus ea non esse credenda non desunt etiã nunc qui eiusmodi quedam uel certissime audisse uel etiam se esse expertos asseuerent iubdit tamen esse illusiones demonum a quibus complentur effectus qui referuntur fieri ab illis. ¶ Potu/ it igitur septem modos immutandi non solum in somno sed etiã in uigilia quod siue fiat cum totidem speciebus siue cum una di/ uersimode disposita ab aliqua uel forsan ab omnibus stellis erra/ ticis putauit q anima libera perturbationibus p ossit in ista de/ clarare quid importatur per phantasma. sed dormiendo declarat uisa per species reseruatas cõmotas in illo siue potius intentiões illorum ut aiunt quia forma spiritualis est magis similis intelligẽ tie q̃ forma proprie rei in medio. ¶ Sed est dubium quomõ dor miens uidet simile quoniam nec imaginatiua nec aliquis sensus abstrahit. Dicitur ab aliquibus q hoc nõ fit abstrahendo sed q fantasia recipiens speciem alicuius rei ab extrinseco si non est adeo fortis ut possit eam manifestare in propria figura exprimit illam per similitudinem puta principem per leonẽ unde ipse ali/ bi inquit q cum influxu uniuersali quando punctus piramidis alicuius figure tangit animam ipsa tota concitatur et coicat influ entiam aliis potentiis quare medio illo per similitudines repreſen tantur magis idonea ad percipiendũ puta imagines respectu rerũ

Pretermisit tamen ostendere an contactus talis influxus sit uirtua lis sicut est ille intelligentiatum an potius naturalis. puto tamen q respectu anime sit uirtualis respectu uero corporis naturalis. ut dicunt Astrologi quibus iste uir tantam fidem prestabat ut alibi dicat q qui exigit cognoscere tempus idoneum ad aliquid faciē dum anteq̄ īcipiat debet aduertere quomodo quotidiana seu do mestica negocia succedunt secundum propositum & tunc est si/ gnum q aspectus siderum sunt pro eo bene dispositi quare debet incipere & prosequi quod cupit uel agere intendit aliter differat uel desistat.

CA. VIII. DE OPINIONE ALIQVORVM ARABVM.

Onsentientes autem q uis interpretandi possit procede/ re a temperie nature uel ex consuetudine quesita ab itera tis actibus quibus corpus subicitur. anime aiunt pluri/ mum cōferre peregrinationes ieiunia disciplinas & alia que affli gunt corpus macerant carnem & subiciunt illam preceptis uirtu tum quas putant ualde conferre non solū ad uitā sed etiā ad p̄sa/ gienda somnia hec tamen alibi uidentur accomodari ab eis poti/ us prophetie & dicūt multa consequentia ad illa que retulimus ī opinione Auicene. ¶ Cōueniunt eni q alique anime possunt se eleuare super uires sensitiuas & q perfectiones celi & intelligētia/ rum recipiunt in intellectu. Et propterea inferūt q homo tūc nō solum possit docere & instruere alios reducendo ad memoriam precepta artis preponendo terminos significantes conceptus sim plices quibus formantur principia & his inferuntur cōclusiones (medio tamē instruente) sed quod etiam ex se inueniat mirabiles scientias que licet recipiantur in parte rationali redundant tū in fantasiam inquantum agitur de illis quibus ipsa est capax que quando est fortis assimilat illos cōceptus quibusdam formis mi/ rabilibus & pulchris & qn̄ anima prospicit ista coniungitur cū eis & talem cōiunctionem dicunt esse similē uerbis ornatis & mo

dullatis & ex ista possibilitate assimilandi nos cum intelligentiã
depingunt istam sub forma humana. & hec proportio similitu/
dinis uocat a nõnullis armõia supior. Et addũt q aĩa ĩ isto gradu
facit miracula qa nõ agit ex se sed ut instrumẽtũ itelligẽtie & qd
immersa uoluptatibus corporis nõ põt recipere pfectiões illius.

CA. IX. DE IMPROBATIONE PREDICTOVM.

VErum & si predicta sint forsan consona sue secte seu legi
nos tñ usq nunc sumus sequuti naturã cui ista repugnãt
secundã quã licet homo possit inuenire sciẽtias. acquisi/
biles uia sensuũ nõ tñ est aptus suscipere lumẽ aliud ab illo quod
sibi cõmunicat ab intellectu agente in possibilẽ quẽ sunt due po/
tẽtie aĩe aliter oporteret ut haberet alia organa & instrumẽta sub
ordinata illi alteri intelligentie quod est impossibile quia due nõ
possunt adequate proportiõari uni corpori sicut nec una pfectio
depẽdet a duabus causis totalibus nec obstat q lumẽ illius diffũ/
datur per totũ orbẽ quẽ mouet qa p illud nõ põt agere in aliud
actione nõ proportionata nature passi & instrumẽti agẽtis sicut
putãt q corpus aĩe depresse trãsmutatur ab aĩa eleuata seu diuinã
te p somniũ & addẽtes q itellectus hoĩs unitus cũ ea põt trãsmu
tare &c. aberrãt sane quia trãsmutatio forme in formã nõ põt fie
ri sine alteratiõe precedẽte & ordine causarũ cõcurrẽtiũ que nõ fi
unt sine motu inter cõtraria. ¶ Actio etiã intelligentie terminat
qñ applicata orbi mouet ipsum & nõ agit in hec iferiora nisi me
dio celo qa istud intercedit inter motores eternos & que sũt citra
lunã. si etiã influeret ĩmediate sup intellectu habẽs istũ minus ipe/
ditũ clarius reciperet influxũ cũ tñ sit certũ q nõ recipiat nisi per
sensus quibus etiã euariatur eius operatio. Simulacra enim in or
ganis interiorũ aliter & aliter mota disponunt ad methaphisicas
mathematicas & naturales qm instrumẽta mouẽt ex necessitate [illegible]
his. Et dato q aliqua intelligentia esset plena formis explicabili
bus p motum celi radii tñ seu lux per que superiora influunt tan
gunt prius corpora q redundent in aĩam & tñ potentie sensitiue

nõ sint capaces formarũ intelligibiliũ iõ hõ melius mediis sensi bus pdiceret sine illo lumine exteriores enĩ cũ solũ cõprehẽdãt i/ tuitiue nõ imutant̃ nisi a sensibilibus psentibus & interiores solũ similitudines ab illis causatas recipe pñt. ¶ Alii aũt dicũt q aĩa hẽt hanc potentiã qñ fieret imago alicuius sphere & lucis celi & tũc põt trãsmutare illa corpora que subiciunt̃ illi sphere cuius ip sa est imago inqtũ enĩ est aĩa põt impare cuilibet enti inferiori & inqtũ imago puta Saturni Iouis uel alterius põt regere & guber nare oẽs natos sub illa sphera. Sed isti sicut & priores puertũt or/ dinẽ cãrum licet enĩ deũs q hẽt in ptãte oẽs causas secũdas possit alicui cõcedere q suo digito faciat miracula nõ tñ põt fieri me/ dio solo in fluxu celi psertim qa aĩa quãtũuis infima fm ueritatẽ ut uiuẽs est pfectior quolibet astro carẽte uita dicere enĩ celũ hr̃e aiam dat̃ uulgaribus occasio cõmittendi idolatriã si ẽt ut osten sum est intelligẽtia caret ista facultate multomagis celũ de quo so lũ cõcedit̃ q possit alterare corpora nostra p quãto elemẽta ex q bus cõstant pendẽt ab illis. & licet ex ista dependentia possint for san inclinare non tamẽ cogere mentem. Considerent igitur quo/ modo homo potest ex se eleuari ab astris.

CA. X. DE EFFICIENTE SECVN DVM AVERROIM.

Quuis ex dictis istius in pluribus locis hẽat̃ quod deus nõ curet imediate pticularia existẽtia sub luna in suo tñ sermone de sõniis manifestũ inqt est qd̃ sõnia nõ fiũt ĩ re bus speculatiuis sed in futuris & iste modus dationis est ualde no bilis & a principio nobiliori uidelicet uolũtatis & subdit a re di uina ex pfecta sollicitudine circa hoiem sicut igitur prima princi pia solũ habent̃ lumine intellectus agẽtis similiter somnia qa nõ ex preexistẽti cognitiõe si enĩ somniũ est effectus spũalis nõ dabi tur nisi a simili cã. cõueniũt igit̃ arabes quod dentur ab intelligẽ tia qñ arbitrant̃ de istis sicut de pphetia sed dubitãt si illa est clã ra quare non dat nobis sõnia apta & nõ obscura ac etiã nõ sen p

uera sed aliqñ falsa cur ue magis de nocte q̃ de die. ¶ Ad p̄mū di cunt q̄ in cā est dispositio imaginatiue cuius actus tunc termina tur solū ad simulachrū ideo nō possunt dari nisi obscura hēt enī illud esse mediū inter reale & spirituale participat enī de illo pro quāto representat particulare & de spirituali prout est in aīa. fiūt autē somnia uera sedato motu spirituū animaliū deferentiū simili tudines ad imaginatiuā qñ non est perturbata ecotra falsa sed for mantur de nocte q̃m de die ipsa impedit a sensibus exterioribus qui cū sint tunc ligati cessat īpedimētū. ¶ Predicta n̄ recte consi derando repugnant suis fundamētis. inquit enim alibi q̄ necessi tas intellectus agētis fuit solū ut faceret res materiales intelligibi les media abstractione. tenet etiam q̄ necessitas celi fuit ad finem ut motores eterni medio illo possent producere indiuidua in esse reali. unde secundū ista intelligētia agens nō pōt immediate cau sare somnium in imaginatiuā & Aristo. forsan propter hāc cām inquit q̄ somnia non mittuntur adeo & multo minus ab aliqua alia intelligentia.

TRAC. IIII.

CA. I. DE OPINIONE ASTROLOGORVM.

EX predictis patent plures diuersitates in assignando cau sas extrinsecas somniorū. Alii enim putāt procedere ab intelligētiis uel aliqua illarū. Alii a speciebus decisis ab aliquo influxu. Alii per defluxum idolorum a rebus extrinsecis. Astrologi uero oīa referūt ī celum unde Ptolomeus qui ad rem īquit aliquam aptus est habet profecto & huiusmodi significatio nis stellam admodum potentē in sua genitura & alibi anima ad cognitionem ueri apta plus assequitur qua quē supremū in mō dū se in scientia exercuit & subdit in generatione & corruptione forme afficiuntur a celestibus quare interrogati nedū de somnus sed de quouis dubio statim accipiūt Astrolabiū & in loco oppo sito soli tantū eleuant & deponunt donec radius ipsius intret di recte per foramina utriusq̄ tabule & habita eleuatione illius a lu

hea oriẽtali a qua sumunt altitudinẽ de die (quia de nocte capiũt illam a stellis fixis) facile habẽt ascendentẽ uidelicet illã partẽ zodiaci que tũc eleuatur super orizõtẽ tẽpore negocii seu sõnii exit enim illa hora ascendens ut dicũt tanq̃ de tenebris ad lucẽ sed qa sine isto ignoratur significator quesiti ideo tunc cõstruũt figuras duodecim domorũ seu signorum prima est ascẽdentis cum qua alie ordinanť sicut etiam faciunt in natiuitatibus & secunda est negocii ad quẽ planetã ptineat & sic in reliquis & postea habito dño ascẽdẽtis significatore querũt aspectus cõcordes i domo/ exaltatiõe/triplicitate/termio/& facie/ cõsiderãdo diẽ & horã & qñ negociũ est causa beniuolẽtie inquirũt iouẽ uenerẽ & lunã multe etiã res melius pueniũt i auge & numero dierũ pariũ pferti illaꝝ q̃ ptinẽt ad amicitiã secus de odiosis q̃ significanť tpe diminutionis retrogradatiõis & diebus iparibus. Ileg autẽ uite significať proportionatur materie seu matri & alcocoden dator annorum forme seu patri hec in quã sumunť a sole qñ nascit de die uel a luna qñ de nocte. quatuor uero ãguli celi uidelicet oriens/occidẽs/ meridies/& septentrio/proportionanť quatuor domibus uidelicet prime/quarte/septime/& decime/qa sunt cardines & figure rei quesite unde quãdo in ascendente aut in istis reperiuntur signa firma & fortunata fere totũ quesitũ secundũ se dicũt bene succedere econuerso male. in proposito tamẽ oẽm pene facultatẽ diuinandi seu interpretandi tribuunt dispõni tertie & none domus. Qñ si in istis reperianť stelle beniuole puta iupiter aut uenus. sõnia utplurimũ erũt uera. si uero saturnus aut mars, falsa aut uana.

CA. II. DE EFFICACIA PREDICTE OPINIONIS SECVNDVM ALIOS.

SEd quia predicta non plene declarant causam per quã aspectus syderum possint accomodari ad interpretationem somniorum ideo alii conãtes adhuc reducere actus hoĩum particulares in motus astrorũ pbãt ex colligãtia inferiorũ cũ illis tũ quia quatuor elementa & istoꝝ pprietates causantur

ex quatuor triplicitatibus zodiaci tũ quia ex accessu solis ĩ eo ad nos augẽtur generationes & ex recessu corruptiones tũ q̃a oĩa mẽbra corpis nr̃i ferũt p̃ se figuras seu ꝓprietates plãctaꝝ p3 pmo de intrinsecis. Cor. n. in medio hoĩs atribuiẽ soli q est ĩ medio celi & cerebrũ lune & saturnus domiaẽ spleni & iupiter epati mars pulmoni & felli uenus lumbis & testiculis mercurius lingue similiter de extrinsecis que etiam ſm eos subiciunẽ duodecim signis zodiaci qm̃ aries respicit caput taurus collũ & ceruice uolunt enĩ qđ in hoĩe quẽ uocãt paruũ mũdũ repiri nõ solũ elemẽtalia sed etiã celica unde latẽter asserũt quodlibet ĩ quolibet ideo ꝓspicientes astra possunt interpretari sõnia & alia futura que pñt accidere melius tñ ab illo q het hãc facultatẽ in sua natiuitate que cũ sit multis denegata iõ monẽt ꝙ tpe interrogatiõis artifex pmo aduertat cui planete tribuanẽ simulachra que recipiunẽ p sõniũ puta si qs somniauerit que arguũt humorẽ uel dispositiõẽ melãcolicam statim debet ĩquirere Saturnũ/ & qñ ꝓcedit a sanguine iouẽ/a colera Martẽ/& a flegmate Lunã/que qñ est in signo mobili & cursu recto dicũt ꝙ effectus succedit eodẽ die & qñ est tarda & in signo fixo si hora sõnii tribuiẽ Saturno effectus differẽ p tot annos uel menses quot gradus luna trãsierit ĩ illo signo ĩ quo est seu quot gradus tenebat hora sõnii. & alii si somniũ fiat p unã horã ante diẽ effectus differẽ ad mensẽ. Si per duas horas ad duos menses similiter p tres. sed ista nõ declarant particulares successus futuros q̃a motus celi est adeo uelox ut nulla fere possit haberi notitia mãsionũ presertĩ q̃a dormiẽs nõ põt precise referre horã in qua fecit somniũ. Signũ uero ascendẽs habet tres facias quarũ unicuiq; tribuiẽ sua ꝓprietas distincta & interdũ contraria alteri parti patet in signo Geminorũ & ascẽdẽs in orizonte cuius dñs est precipuus significator cõtinue acquirit aliũ & aliũ sitũ quare uix pñt dirigi planete. Radii et ĩcidẽtes uel refracti pñt ꝓtendi adeo debiliter ut nullus sequaẽ effcũs & tãdẽ oẽs ꝓcedũt p medios motus nõ enĩ põt inueniri uerus p mutationem octaue sphere

quam quidam dicunt in sexaginta sex quidam in centum an/nis uno gradu mutari. Luna etiã q̃ in istis diuinationibus ab eis multũ obseruat̃ mouer potuis aquas & mẽstrua. ista igitur facul/tas nõ est proprietas eius facit etiã interdũ epilentias & alias egri/tudines. Et licet faciãt figuras & dirigãt aspectus sicut in aliis in/terrogationibus. uidemus tñ ꝙ raro uel nũq̃ diuinãt & si excusẽt se ꝙ nõ hñt certitudinẽ natiuitatis sed istud nõ obstat qa nõ pñt interp̃tari nisi p̃cognoscãt stelle/earũ figure/motus/situs/& signa q̃ tenẽt/ & deniq; oĩa q̄bus aliter atq; aliter cõcurrẽtibus ille alia & diuersa somnia mittũt ad nos. ipsi tñ obseruãt artẽ qñ qñ stelle significãtes somnia sunt directe inquirũt dispõnẽ mercurii in do/mo saturni & tercie & none domus & lune qñ uenit ad illã stellã que dedit somniũ & tũc credũt iudiciũ somniorũ esse firmũ. sed aliud est p̃dicere an tu uel ille somniauit aquã uel ignẽ & aliud in/terpretari somnia uera p similitudines q̃ nõ peipiunt p Astrologi am. Et qñ dicit̃ ꝙ ista facultas ĩterpretãdi melius pficitur ab illis q̃ hñt eã a natiuitate debẽt excludi illi q ex cõsuetudine uel forsã ex natura hñt ut nec in somno nec in uigilia dicãt uera nisi a casu unde quidã facete dicũt ꝙ inuestigare siderũ cursus pulchrius est q̃ utile qñ difficile est cognoscere tot uirtutes que etiã pñt ĩpediri p alios aspectus & difficilius pnosticari de actibus ĩdepẽdentibus a mera uoluntate.

CA. III. DE ILLIS QVI INTERPRETANTVR SOMNIA EX COLORIBVS SIDERVM ET ALIQVIBVS ACCIDENTIBVS.

QVidam uero astruẽtes artẽ diuinandi per somnia referũt ꝙ res que apparent in propria natura presagiũt bona pu ta somnians uidere terram que sui natura est frigida & sicca sicut talis representetur imaginatiue sed aberrant quoniam multi ex eis tenent ꝙ ipsa potius ostendat dominium humoris melancolici. similiter cum dicunt ꝙ uidere arbores siccas seu in/cisas significat periculum uite quod si esset uerum multi agricole

& incisores arborũ perirẽt qm̃ sepe somniãt illa circa q̃ occupant unde nec est uerũ quod uidere deformia presagiat morbum futurũ presertim qa si tũc res ex natura deformis apparet pulchra pulchritudo presagiret malum nam & quidã putabant ꝙ uidere ornamenta artificialia significaret deceptionem qm̃ sub illis tegitur ueritas nec cõsonat ꝙ percipere fetida in somno arguat humores corruptos quia fetor potest procedere ab extrinseco uel representari per species reseruatas & tunc argueretur potius bonitas olfactus. Et quãuis grauari corpore dicatur arguere multos humores pōt tñ ostendere ꝙ expulsiua profundatur ad deponendus feces uel ꝙ neruti seu potentie anime motiue sunt ĩpedite ab aliquo uapore uel humore grauante unde non cadit sub artificio ꝙ tribuatur uni cause que pendent ex pluribus. ℭ Reputantes uero ꝙ aer sit causa extrinseca somniorum quia primo recipit impressionẽ siderũ & postea tangit corpora hoĩum & aĩaliũ que pmutãtur ab eo etiam in uigilia ut patet de noctula de qua fertur quod suo cãtu super camerã ĩfirmi pronosticatur proximã mortẽ quoniam ut aiunt hec sicut & multa aĩalia facilius permutãtur respectu hominũ nõ enim illa detinẽtur arduis curis sed aer isto casu nõ tangit solũ extrinsece sed per meatus seu poros ingreditur sensus. Et quod alii dicũt quod uidere in somno simulachra clara significat corpora non esse alterata nõ est etiam uerum quia istud pōt accidere qñ humor melancolicus persimilis arene purgat & facit claros spũs uisibiles & tũc licet claritas simulacrorũ ostendat bonitatẽ istorũ sensuũ causa tñ est mala in se qa ostendit dominiũ illius. ℭ Non enĩ inficior ꝙ qñ similitudines apparent obscure seu obumbrate nubibus possint ostẽdere perturbationẽ spũum uisibiliũ & qñ tendũt ad albedinẽ uapores aqueos & qñ umbra est pauca nocumẽtũ cito cessat & qñ obstat uisui aqua uel terra molestia erit grauior & tardius apta resolui. sed cũ aiunt ꝙ quando dormiens putat uidere stellas obumbratas igne uel tenui nebula arguitur super dominium colere potest potius inferri

indispositio oculorum presens uel futura. Et cum addunt ꝙ quã do stelle uidentur ꝙ sint adeo occupate ut nõ possint discerni est signum mortis presertim si somnians egrotaret quasi sydera non possint illum iuuare. sed est sane ridiculum pronosticari mortem ex impedimento uisus. quidam tamen concedunt ꝙ quando stel le uidentur celeriter moueri pronosticantur iracundiam uel in sa niam & motus illarum inordinatus meiorem & tristiciam. istud sane idem argueret motus inordinatus alterius rei. & dato ꝙ or/ do ostenderet bonitatem organi potius tamen ostẽdit dispositio nem uirium anime sensitiue uel caloris naturalis quare in simili/ bus sunt considerande alie qualitates & proportiones rerum rela te ad somniantem.

CA. IIII. AN POSSINT INTERPRETARI ALI/ QVA ARTE PROHIBITA.

Non est putandum ꝙ sit par ratio prohibitionis in omnĩ bus. Prestigiose enim quibus oculi astantium cõstringũ tur seu arrepticie inuente forsan a Phytone seu apolline sunt cõtẽpnende respectu illarũ que ꝓspiciuntur oriri ex peritia seu acrimonia nature. istud enim uocabulum diuinare solebat ac comodari etiam aruspicibus qui obseruabant uiscera animaliũ & aliquando figuras inanimatorum quas putabant fuisse illis im pressas a celo & isti uocabantur geomãtici & ars ipsa Geomãtia & obseruantes aquã hydromãtici & ignẽ Pyromãtici sed oẽs ꝓ/ spiciebãt elemẽta q̃a sũt principia quorũcũq; mixtoꝝ sed decipie bant̃ q̃a nõ sufficit hẽc notitiã extrinsecã dispõnũ illorũ. intrinse/ ca uero nos latet aliter possemus opari sicut ipsa natura. ¶ Con/ siderantes etiam uociferatiões seu uoces aut motus auium appel lãtur augures ab auiũ garritu q̃m iste sicut multa aĩalia uidentur manifestius subici astris presertim quantum ad mutationes tem/ porum unde predicebant cum eis futuras pluuias de quibus in prima parte plura diximus. Sed aduertentes sternutamenta ho minum seu saltus membrorum aut uerba que ab eis proferuntur

in foro uel ecclesia uel cum uenit obuiam amicus uel inimicus. istorum artes uocabantur homena eo ꝙ ex hominũ gestis inuesti gentur que latent non enim credebant ꝙ actus qui sponte fiũt ca/ rerent causis extrinsecis ideo reducebant illos in celum. Similiter chiromantici considerant figuras & lineaměta manuum chyros enim grece manus est & que sunt in spatulis quia hec duo multũ subiciuntur celo & eius impressionibus & si diuersis respectibus quoniam tres linee principales in uola dicunt correspondere cor di epati & capiti de quo tamen non habemus rationẽ nisi qa om nes fere habent illas non sic de spatulis & aliis que sepe contrahũ tur ex aliqua indispositione materie sicut & multe operatiões ho minũ que fiunt sine proposito quas etiam Astrologi reputant ca suales quia nõ cadunt sub aliqua arte. ¶ Et quãdo aliqui a casu eiciunt puncta & ex remanentibus faciunt figuras quas asserunt correspondere imaginibus celi uel proiciunt in aquam plumbũ destructum uel reponunt paruas cartas de quibus unusquisqꝫ ac cipit suam aut preponunt festucas inequales uel aperiunt librum in quo sunt scripte fortune & infortunia ad que peruenitur cũ nu meris taxillorum omnia inquam hec uocantur sortes hoc est ca suales de quibus sicut de supradictis non attinet dicere quia sunt figměta uel quedam coniecture inanes nisi forsan aliqua sancta ꝑ sona expectaret presidium dei ut fecerũt apostoli in electiõe Ma/ thie preposita oratione. ¶ Cũ igitur nõ possint aliqua ratione na turali comprobari ideo prohibita uel non approbata a lege pre/ sertim quando cum eis a deo cui omnis cultus & reuerentia debě tur aliquid horum aufertur. Et deterius est quando sumitur ali/ quod diuinum pro medio ad concludendum illicitum puta quĩ in nocte. Natiuitatis dñi mandant memorie orationes quibus cu rant uulnera & cicatrices. Sepe tamen non tantum modus exer/ cendi artem in se sed ratione finis propter quem agit prohibetur uel permittitur. Sed quamuis non conueniat attemptare causas que mere pendent a uoluntate dei cui debemus parere & non in/

quirere secus tamen de illis que possunt saluari ex cursu nature quia nec detrahitur honori nec homo querit tunc altiora se alter astrologia & metaphisica de intelligentiis prohiberentur & tamē habent sua principia & causas. Et licet futura pendentia a uoluntate & que sunt casualia non proprie sciantur cum non sint a natura nec habeant causas terminatas saltem notas sensibus ut uentura pro tali tempore puta yrides halones stelle currentes & multa que apparent in aerem habent tamen respectu eorum esse causas terminatas ut patet in libro de naturis cōmixtorum.

¶ An autem negromantia habeat omnem efficatiam a demonibus ut multi credūt difficile est intelligere tum quia est nobis incognita nec a tempore zeroastis citra uel saltem democriti quidē illā suis carminibus ampliasse reperitur aliquid scriptum de ea dignum auctoritate nec demones perpetuo relegati possunt ad libitum applicare actiua passiuis nisi iubente uel permittente deo. Nec forsan ut aiunt artes magice in sensum in quem sumūtur ab imperitis possunt compleri a malis hominibus quoniam ad producendum effectus quos predicunt non sufficiunt caracteres uel unguenta & nos uidemus ꝙ sunt deceptorie non enim complentur nisi auxilio malorum spirituum quibus mediis caracteribus captiuant hominum mentes. ¶ Et cum dicitur ꝙ demon facit de nouo aliquod portentum intelligitur potius apparenter quia ingrossando uel crassando aerem cum fumo uel alio uapore. Et quamuis concedatur ꝙ malefici Pharaonis cum incātationibus produxerint colubros ipsi forsan tunc solum prepararunt materiam i quam ab illo aspectu syderum fuit postea impressa forma serpentis multa tamen alia que referuntur puta de permutationibus sociorum ulixis a circe maga uel de uiatoribus uersis in iumenta portantia sarcinas & aliis multis uel sub eis tegitur alius sensus uel sunt illusiōes mistice enim possunt esse uera seu eis correspondere aliquid in re. Nam cum aiunt homines transmutari in iumenta illud poterat accidere quia pauperes ob inopiam uel

u

coacti deferebant pondera que uix ab uno equo possent deuehi similiter de sociis ulixis uersis in sues quoniam gratia illius meretricis seruabant mores porcorum. licet etiam sensus in istis sepe illudantur potest tamen angelus uel demō sumere corpus formatum in aere applicando elementa adinuicem uel cadauer in quo operetur uere uel apparenter.

TRAC. V.

CA. I. AN ALIQVA SCIENTIA POSSIT ACQVIRI PER SOMNIA AN VE ISTA POSSINT INTERPRETARI PER ALIQVEM ILLARVM.

Tenetur autem q̄ factibilia particularia possint acquiri p somnia quia cum istis instruimur de futuris utilibus uel nociuis circa que cogitatiua in uigilia negociatur & for sitan agibilia ut aiunt q̄ somnia studiosorum sepe cōcitant ad operandum in uigilia secundum mores speculabilia uero non nisi p accidens & raro solum quando sensus interiores ī somno subministrarent aliquod speculabile. ¶ Per se autē est impossibile quoniam habent suas uias uidelicet prima principia aliter hec essent ociosa nec scita per somnia constarent ex primis ueris. nec respectus effectus ad causam propriā esset necessarius quin potius idē posset referri in plures causas adequatas & scientia quesita p somnium esset equiuoca cum illa quesita per disciplinam. ¶ Per alium etiam modum intelligit homo per alium angelus per alium comprehendit sensus & per alium intellectus & hoc secundum cursum nature quoniam deus posset in somno reuelare sua secreta alicui prophete aut cui uoluerit. si enī cōtinet eminēter omnes effectus. cum q̄ libere agat poterit scientias in quolibet imprimere in somno uel uigilia. unde iob. xxxiii. Postq̄ dixit quod semel

loquitur deus & secundo id ipsum non repetit subdit per somni um in uisione nocturna quando irruit sopor super homines & dormiunt in lectulo tunc aperit aures uirorum & erudiens in/struit eos disciplinam.

¶ Quantum uero ad secundum quicquid dicatur patet tamen ꝙ metaphisicus & naturalis comunicant in consideratione sub/stantiarum abstractarum. iste enim peruenit in cognitionem illa rum per uiam motus. metaphisicus uero presupposito isto ulteri us declarat quiditates earum a quibus celum & natura dependēt cognoscunt enim influxum & modum agēdi ipsorum quare & si multorum effectuum euentus uideantur ualde ambigui non ta men sapienti cum cognoscat non solum in genere sed etiam ī spe cie primas & maximas causas a quibus omnes effectus secunda/rum depēdent & ī illis continentur unde facile potest illos decla rare. Sicut etiam naturalis pronosticatur serenitates/tempestates/terremotus/mortalitates/& bella/ex solis causis naturalibus pari ter somnia ut sunt effectus dependentes a potētiis anime ab influ/xu celi & simulacris. sicut etiam astrologi ex motu & diuerso si/tu & aspectu predicunt eclypses & ex coniunctiōibus maioribus puta Saturni & Iouis in principio Arietis pronosticantur muta/tiones statuū/ Ciuitatum/ & regnorum/similiter medici ex aqua uisa in somniis inferunt humorem flegmaticum & ex igne cole/ricum. Vir etiam prudens potest de actibus hominum multa fu/tura coniecturare apprehenso enim fine cum suo discursu practi/co inquirit media ad concludēdum puta si quis fecit alias aliqd ad talem finem in tali tempore & loco cum aliis circūstantiis ad que aliquid successit uersimile est ꝙ si alius idem faciat & obser/uet eadem sibi succedant unde cum simili discursu poterit prono sticari de somniis. ¶ Quidam etiā predicūt uel ex instinctu uel bonitate nature quando ultra requisita ad sanitatem habent orga na bene composita & spiritus claros proportionatos uite & calo/ri naturali. & de istis dicitur ꝙ possunt se eleuare supra uires cor/

poreas quibus superatis saltem p electionē uidentur uolūtatie habitare cum deo & aliis substantiis separatis quia cum illis quodā modo uniunē.ratione ēt claritatis spirituū acquirunt aliquam similitudinem cum corporibus celestibus in quibus etiam tēpore generationis infunduntur multe perfectiones uel a celo uel ab ipsa proprietate componentium.& licet uocetur proprietas occulta pro q̄to sequitur naturā indiuidui ad quam forsan non descendit ars. Aristo.tñ testimonio homeri inquit q̄ filius priami nō uidebatur natus ex homine sed ex diuo semine & quod uirtuti cumulate nullus honor dignus fieri potest.

¶ Verum & si omnes predicti interdum diuinent nulla tñ istorū est prophetia quia non de illis que latent in secretis diuine prescientie illi enim ut plurimum innituntur experientie patet q̄uo fuerunt inuente & sepe que procedunt non succedunt possunt enī impediri per alios aspectus fortiores & omnes a prima causa.

CA. II. DE ILLIS QVE REPVTANTVR POSSIBILIA SECVNDVM NATVRAM.

NE autē circa sermonē accidit error neue credatur q̄ sapere & intelligere coincidant cū prophetari referemus q̄uo aliqua sunt possibilia sed non cōtinue experta puta q̄ aliqua similitudo rei timorose possit adeo indisponere uires sensitiuas & motiuas q̄ imaginatio afferat casum ut aiunt de ambulante super trabem stratam in plano respectu suspense in aere. Et quidam referunt q̄ q̄ñ gallina uincit gallum nascitur in eius crista quoddam cornu quo postea assimilatur gallo.iste tamen effectus deberet potius manifestari in gallo ut in passo in quo agens uincens relinquit suam similitudinē.sed forsan imaginatio fit tūc in proprio corpore quia illa uincendo imaginatur uehementer illam figurā uicti. ¶ Narrantur ēt aliqui effectus magis occulti & difficiles puta q̄ stercus accipitris corrūpit stercora columbarū quia ualde inimicanē ad inuicē & corde facte ex itestinis lupi posite in lyra cum cordis ouis non pulsant propter inimicitiam re/

seruatam in eis. & alii q qui uult fieri audax portet sub brachio sinistro prope cor illã partẽ pellis quã hẽt leo inter duo supercilia aut portet indutam camisiã meretricis. Multa etiam euariantur ex uirtute derelicta in seminibus nõ solũ ex natura mixtionis sed magis a celo puta magnes trahit ferrum & smaragdus liquefacit oculos serpẽtis. Ista & similia & si nõ sint ab oĩbus expta tñ qs tñ illa cõcederet nõ ppterea sequeretur puersio ordinis causarũ nec q aliquod agens ageret ultra possibilitatẽ nature seu proprie forme.
¶ Et alii referũt q mentes hoĩum pñt cũ fumis seu uaporibus illaqueari puta cũ senex forti conatu aspicit oculos iuuẽcule si cõtingat q fumus sanguinis corrupti illius penetret in oculos istius & eius spẽs nõ fuerint multũ renitentes pñt corrumpi & postea cõieari sanguini puro ex quo cũ totũ corpus nutriatur. ideo totũ inficitur & ipsa tũc creditur fascinata nã licet nõ diligat illũ senẽ qa i eo nulla forsan est causa diligẽdi detinetur tñ & cõsumitur interius a malicia sanguinis praui. Et ppositas causas uapor iuuencule uel iuuenis q a puro sanguine eleuatur si oculos senis uel alterius percusserit penetrat precordia qa calidus & subtilis nec natura refugit ipsũ sed tanq cõueniẽs auide ad se trahit ideo remãet fascinatus.
¶ Et quidã uolẽtes ostẽdere q sm naturã imaginatio possit sanare infirmũ dicũt q qñ uapor cordis hoĩs sani cũ magno conatu est extramissus puenit ad oculos infirmi uel trah.r ab ipso p aheltũ põr penetrare usq ad medullas & qñ recipit illũ cum maiori [illegible] ... tate põt relinquere in eo suã similitudinẽ que tãto efficacior [illegible] ad operandũ qto intensiori motu fuit imaginata unde aiunt q aĩa uigorata ex hac fiducia sepe recupat sanitatẽ. ista tñ opinio posset forsan eẽ uera in leui egritudine uel qñ natura iã parauerat expulsiõi hũores ledẽtes q stupata ab illis nec a fiducia nec a uapore sano nec aliquo alio nisi dei presidio potest liberari.

CA. III. DE NATVRIS ILLARVM QVE INCLINANT AD DIVERSAS OPERATIONES.

Oportet etiam interpretẽ nõ ignorarẽ quomodo actus hominum diuersificentur ex alia & alia sanguinis & spirituum dispositiõe. isti enim qñ sunt multi & lucidi disponunt ad leticiam. signum dicitur esse quia homines tristantur in tenebris ad quod disponunt ualde subtiles & distemperati nisi essent clari quia inclinant ad speculandum res occultas. Subtiles uero supercalefacti disponũt ad iram quia isti generantẽ ex feruore sanguis apti faciliter inflammari. grossi uero & lucidi ad ludos & actus leticie corporales. Et sepe illi in quibus multiplicantur uidentur ridere sine causa & tamen ut aiunt nihil est sub sole quod careat illa & si interdum nos lateat. Idem declarant ex motu ipsorum. Cum enim mouentur impetuose ex corde uersus partes pectoris extrinsecas causant irã & uersus deorsum uerecundiam sed quando motus est successiuus ad extra gaudium & letitiam. Ex defectu etiam ipsorum in q̃titate uel qualitate coguntur uires sensitiue corrupte uel diminute operari etiam ĩ somno presertim qñ uie & meatus inter imaginatiuã & cogitatiuã p quas transeunt sunt impedite uel pturbate tunc enim potentie sepe falluntẽ. ¶ Dispositio etiam sanguinis ex cuius parte subtiliori generantẽ spiritus euariat operationes in uigilia & somno. quando enim est clarus non grossus nec subtilis generat spiritus consimiles qui disponunt ad gaudium sicut distemperatus ad illam speciem ire q̃ diu durat & econtra tenuis & calidus ad illam que cito accenditẽ & cito extinguitur & aquosus ad timorem grossus uero distẽperatus in calore ad pertinaciam & tristitiam.

Cur egrotantes & ebrii referũt aliqñ in somno uerba iniuriosa & aliqñ bona. ¶ An spũs affecti prauo seu obscuro hũore inducunt timorem ad quem sequitur odium quod cogit male dicere presertim natura loquaces cum uero spiritus clarescunt disponunt ad spem & beniuolentiam.

Cur aliqui plerũq; recusant audire sermões de rebus subtilibus & diuinis alii uero econuerso. ¶ An illi hñt spũs grossi

fiores & non adeo claros. isti uero clariores & subtiliores.

CVr aliquando referunt se uidere uel uidisse in somno demones & interdum sanctos uel angelos. ¶ An licet demões ex propria natura careant oĩ colore quia tñ per istũ presertim per nigrum manifestantur uulgo ideo qñ in causa est humor adustus uel fumus occupat spũs & meatus tũc cogitatiua imperata ab illis credit similitudines seu species nigras esse ueros demões quia corrupte iudicat. Et q̃uis non possit fieri unum tãtum somnium de omnibus speciebus que reseruanť in memoria imaginãtur tñ plures demones quia comprehenduntť sub quadam unitate nigredinis imaginata. Similiter quando predicte similitudines & uie afficiũtur colore sanguinis rubeo permixto cum flegmate quod cum sit albũ & ille rubeus propter dignitatem coloris putant illi esse angelos uel sanctos quia ambo solent sic depingi. qđ enĩ sanguis disponat infirmos ad letitiã patet in Cygno q prope mortẽ cãtat qm̃ sãguis illius subtilis dispartitur in uentriculis cordis. Aliqñ tñ illi sunt ueri demones qui se representant sceleratis anteq̃ aĩa exeat de corpore ad maiorẽ penã uel forsan deus uult ut reuocent ad memoriam sua scelera & se emendent egrotantes.

CA. IIII. DE DECEPTIONIBVS IN VIGILIA.

HIs pro maiori doctrina animaduersis. nunc obseruantes sciam de natura ẽm quã intẽdimus quid sit somniũ qđ dicunt esse apparitionẽ fantasticã pro q̃to comprehẽsio sensus interioris reputatur ĩ somno exterioris ideo referemus qũo decipiuntur in uigilia ut apertius pateat idem in somno. Aberrãt enĩ sane in illa quod patet in his q aliqua affectione detinentur timentes enim serpentes ex parua imagine sepe affirmat illos uidisse in pariete similiter amãtes q̃to magis diligũt maiori implentur suspitione qm̃ mens occupata difficilius distinguit. & in omnibus quãto quis fortiori cupiditate detineť tãto minori similitudine decipitur adeo ut interdum affirmet se uidere quod euanuit ab oculis & quando imaginatio est uehemens mouetur ad illa ac

ſi eſſet in propria natura pueri etiam uelant ſibi faciem quando
uadunt ad tenebras ſi timent inuenire aliquod formidoloſum.
¶ Et iſta deceptio nõ ſolũ põt accidere ex paſſiõe ſed medio / ob
iecto/ſeu diſtantia/& propinquitate/de hac patet qñ nubes inter
ponuntur inter uiſum noſtrũ & ſolẽ uel lunã aliquis putat ꝙ ille
uel illa moueať qm̃ motus uelox uubiũ facit apparere ꝙ acqrãt
cõtinue aliũ ſitum ſimiliter exiſtẽtibus ĩ naui ſup flumĩa currẽtia
apparet ꝙ arbores moueantur & id propter impreſſionem in
ductã in oculis a motu nauis.idẽ patet de aſpiciente flumen qđ
uelociter moueť ſi poſtea uertit oculos apparet ei oĩa moueri qm̃
ſpiritus uiſibiles qui reſeruant priores ſpecies illius repreſentant
illas ut preſẽtes idem accidit de auditu qui aliqñ putat ꝙ ſonus
non fiat in loco ubi incipit motus qa non apprehendit illũ niſi
qñ eſt in aure uel ei immediatior.idẽ patet de olfactu qñ fumus
prius affecti praua qualitate . idẽ poteſt accidere de guſtu affecto
colera & de tactu qñ iudicat lapillum eſſe duos ex pmutatiõe di
gitorũ.multa etiã accidũt infirmis & preſertim laborantibus atra
byli iſte enim humor aliqñ calefit & qa tunc nauta tendit ſurſum
ideo apparet eis ꝙ terra demittatur ſeu deficiat pedibus ſuis . Cũ
uero infrigidatur & denſatur qa petit deorſum credunt ꝙ celum
cadat.eſſet ſane longum referre deceptiones que accidunt in uigi
lia uel ex perturbatione potentie iudicantis & ad ab habitu/uel hu
more/aut ex ſimilitudine obiecti ĩ toto/uel in parte & nõ minus
ex indiſpoſitione ſpũum animaliũ. Poſſunt etiam decipi ex par/
te organi ut in ebriis & freneticis in quibus fumus calidus cõmo
dius accedit ad caput & alterat & inficit ſenſus & organa oculi
ẽt lippi & rubentes cum aſpiciunt oculos proximos cogunt ĩter
dum illos ſimili morbo laborare. Et cum fumi predicti accedũt
ad rem non ſolidam uel non terſam non inficiunt ſuperficiem
quia penetrant introrſum patet in lana & panno . ¶ In corpo
ribus etiam inequalibus diſparritur fumus . & licet ſuperfici/
es plana ſit in qua nullus punctus alteri ſupereminet in ſpe/

culo tamen quia durum fiftunt fumi & feruantur in eo ut patebit in proximo capitulo. Signum eft cooperculum molle in cuius fuperficie adheret fumus aqueus & uertitur ĩ guttas. & qui anhelant in uitrum relinquunt in eo uaporé fpiffatum a frigiditate illius uel aeris. ¶ Quando etiam color uidetur per uitrum rubeũ in principio apparet lucidus & paulo diftantius minus & quanto remotius continue minuitur luciditas uel potius apparet pmo rubeus & in maiori diftantia uiridis & in longiori liuidus quoniam radius uifualis crefcente diftãtia habet minus luminis. Sol ẽt in uno fitu immutat medium uno modo & non in alio.
¶ Et licet fit ordo inter potentias quoniam utplurimum fuperior corrigit errorem inferioris fepe tamen una exterior cognofcit errorem alterius puta qñ tactus credidit unum effe duo emendat a uifu & aliqñ ifte ab illo ut qñ baculus in aqua apparet fractus Comuniter tñ errores iftorum corriguntur ab interioribus inter quos eft etiam ordo quia imaginatiua ammouet errorem fenfus cõis & cogitatiua amborũ & tandẽ intellectus diiudicat omnia & additur quod qñ omnes fenfus effent affecti tunc deceptio reputatur incorrigibilis. ¶ Confiderandum tamen quod lefiones fenfuum habent latitudinem aliquando enim folũ impeditur feu minuitur operatio unius uel alterius aliquando minuitur aliquãdo corrumpitur aliquando aufertur ĩ totum & iftis duobus modis ex lefione cogitatiue memoratiue uel imaginatiue prohibetur omnino operari intellectus ut aiunt ꝙ itelligere corrũpitur quodam interiori corrupto intelligere inq̃ quia ille remanet illefus & in diuerfis generibus fatuitatũ corrumpit operatio unius fenfus ĩterioris & non alterius ut dicitur de illo qui infequebatur patrem qui cum fe reuoluiffet dicens non cognofcis quia ego fum pater tuus tunc deftitit quia non erat lefa cogitatiua fed imaginatiua & aliqualiter memoria que utplurimum funt in caufa in iftis amentiis & tunc etiã intellectus licet illefus non poteft corrigere nec operari. Predicte tñ illufiones fepe accidunt

non solū ex lesione organorum sed etiam ex diminutione seu sil/uestreitate spirituū qñ enim sunt corrupti itellectus nō potest uti propositione uniuersali qua dicitur posse corrigere errores quia saltem q̄tum ad notitiam terminorum illius ipse dependet a sen.sibus qui tunc non subministrant unde siue cognitio illius propositionis pendeat a sensibus ut a causa siue ab occasiōe propter subordinationem tñ cū sensibus in operando dum sumus ī hac uita prohibetur sibi correctio. Sed nō est eadem ratio de exterioribus sicut de interioribus quia isti immediatius subministrant intelle/ctui. constat enim experientia ꝙ ipse aliquando melius operatur quando interiores non distrahuntur ab illis.

CA. V. DED ECEPTIONIBVS QVE AC/CIDVNT IN SOMNO.

Cum igitur sensus decipiantur in uigilia multo facilius in somno non solum ex impedimento potentiarū & or/ganorum sed etiam uiarū per quas transeunt simulacra quia ultra hoc ꝙ possint īpediri in illis frangi & dissolui plus & minus secūdū ꝙ illa sunt fortia & debilia ēt ꝑ istud quia nō defe/runtur ad imaginatiuā a sensibilibus propriis sed sumunt̄ ab or/ganis interioribus & per spūs aīales deuehuntur ad illā. ¶ Di/cuntur enī deceptiones causari in somno tripliciter. Primo quan/do potentia somniatrix iudicat similitudinē seu simulacrū pro re puta imaginē Socratis pro isto secūdo respectu loci ut qñ credit distare quod est propinquum uel econtra. tertio temporis quādo existimat esse hodie quod fuit heri uel mortuū esse uiuū. ¶ Hec autē omnia accidunt nō solum ex causa predicta sed etiam ex di/uersitatibus naturarū artiū & cōsuetudinū indiuiduorū & spiritu um animalium subseruiētiū. & non minus ex uaporibus quorū copia multiplicantur somnia in uere & si confusa fiunt etiā in au tūpno qm̄ tūc hūor melācolicus multiplicatus cogit plus solito imaginatiuam se trāsferre de una in aliam imaginem sed in istis duobus magis decipitur quia ab illis prohibetur distinguere. &

propterea percipimus res monstruosas sedatis tamen motibus uel resoluto uapore apprehendit imagines distinctas & facit somnia clara.

TRAC. VI.

CA. I. DE ILLIS QVE CONCVRRVNT AD CAVSANDVM SOMNIVM.

PRo notitia igitur istius referemus ꝙ unumquodq; sensibile causat in sensum sensationem dummodo non intercidat impedimentum. nec refert an similitudo que peruenit ad eum sit illa que fuit prius decisa ab obiecto ut quidam putant quod si esset accidẽs iret de subiecto in subiectum. An potius alia similis & id uel generata ab ea & ab illa alia usq; quo deficiat uis aut inueniat obstaculum. An secundum alios causentur ab obiecto ordine quodam. secundo supponendum ꝙ actio seu alteratio cuiusuis sensibilis potest continuari etiam ipso absente patet de proiectis in aere uel aqua in quibus remoto priori mouẽte continuatur motus & quando aliquid calefit remoto calefaciente procedit calefactio saltem per tempus unde cũ immutatio sensus facta a sensibili sit quedam alteratio poterit etiã continuari illo absente non solum tangendo superficiem sed etiam profũdum patet quia aspiciendo unum album intẽsum multo tempore non potest uideri aliud immediate quod non accideret nisi remansisset impressio in profundum & aspiciens uehementer solem cum postea uertitur ad colorem nigrum apparet primo puniceus postea uiridis & tandem deleta priori impressione in propria forma obsurdescimus. etiam a maximis sonis.

¶ Tertio premittendum est ꝙ organa sensuum percipiunt modicas differentias sensibilium & non solum patiuntur ab illis sed agunt in ea patet de speculo recipiente in superficie fumum san

guinis menstrui qui & si ut corruptus possit inficere totũ corpus plus tamen oculos quoniam sunt pleni uenis paruis & ualde po/ rosi per quos exit fumus qui primo peruenit ad aerem in quo nõ apparet propter eius raritatem & postea ad speculum in quo po/ test uideri quia densum & quando est mundum ostẽdit apertius maculas respectu ueteris preoccupati alia sordicie sed recipit in omni parte quia planum sed difficilius mũdatur quia recipit ma/ gis in profundum non enim obstat ei alia qualitas fertur etiam de uino & oleo ꝙ facile afficiantur odoribus nõ solum ab illis cũ quibus miscentur sed etiam a propinquis ex quibus infertur ꝙ a paruis differentiis sensibilium fit motus & ꝙ sensus non solũ sunt celeres in patiendo a sensibilibus sed etiam ipsi sunt apti aliquõ agere in illa. ¶ Istis suppositis declaratur quomodo causetur sõ num. Reuocato enim calore dum dormimus ad partes intrinse/ cas tunc uapor seu spiritus uaporosus mouetur ex corde ad cere brum in quo spissatus ducit secum simulachra que prius erant ĩ imaginatiua & tunc fiunt somnia in sensu comuni cuius organũ secundum Aristotelem est cor. Inquit enim ꝙ motus illorum in somno est similis illi quem faciunt particule salis liquefacte in aqua uel uini quando hec miscetur cum eo uidentur enim tunc corpuscula continue ascendere & descendere seu etiam generari & corrumpi unde de simulacris accidit sicut de imagine in aqua. Quando enim hec est quieta & clara idola in ea representantur per se & quando mouetur uidentur distorta & quãdo motus est uelox nullomodo apparent. idem accidit in somno quando ima ginatiua perturbatur a multa euaporatione nutrimenti sed quan do non est tanta facit illa distorta ut sepe accidit in melancolicis infirmis uel ebriis etiam in uigilia. & propterea possunt fieri som nia de illis que nunquam fuerunt sensata tunc etiam imaginati/ ua ualde mobilis ex illis fragmentis componit interdum figmen ta accidit in uigilia nam quidam aliquando referunt uidisse in nubibus figuras hominum armatorum.

CA. II. DE DIFFINITIONE SOMNI.

Satis constat quomodo somnium causetur & quid sit nā secundum Aristo. est fantasma in somno & secundū aliꝰ os fantasma causatum ex motu simulacrorum in fantasia dormientis inquantum dormit fantasma cedit loco generis quia omne somnium est fantasma idest uisum & non econtra ut patu it de illis que apparent in uigilia. facit etiam differre ab intellectio ne in somno que est uera rei comprehensio & ꝙ addunt factum a motu simulacrorum in dormiente a sensatione que fit a sensibi libus extra sed inquantum dormit ostendit differentiam inter uere & debiliter dormientes uocatur enim ista dispositio dormita tio quia tales non proprie dormiūt nec uigilant nam interrogatī respondent. audiunt etiam cantus uident lumen lucerne sed putā tes se somniare expergefacti cognoscunt illas cōprehensiones nō fuisse a simulacris intra sed ab extra. & hec diffinitio continet effi cientem uidelicet factum a motu simulacrorum & materialem remotam dormientē. Propinqua uero est potentia fantastica sed formalis secundum Aristo. est ipsa diffinitio. Et quamuis nō exꝰ presserit finalem non tamen est uerū ꝙ somnia fiāt tm̄ ex necessita te nature ut dicebat Epicurus. ❡ Et licet sōniare secūdū Aristo. sit passio sensus communis ut fantastici cū tamen locauerit ipsum in corde difficile est saluare ut organa & uires quibus distinguūt comprehensiones sint ipsum cor uel in eo. Cūq; cōis ligetur priꝰ mo in somno & tamen tunc potentia sōniatrix que est ualde moꝰ bilis est soluta. Ideo non potest esse passio illius nec cogitatiue ut omnes fatentur est enim distinctiua & subordinatur immediate ī tellectui quare erit imaginatiue. memoratiua namq; non est com prehensiua illa uero est in motu & actione cōtinua & spēs appreꝰ hense sunt ei continue presentes sine quibus non facit somnia siue proueniant ab extrinseco siue formentur de nouo siue sint ex illis que quiescunt in memoria.

CA. III. DE REQVISITIS AD INTERPRETANDVM.

CVm autem simulacra moueantur adeo confuse ut imaginatiua aliquando non percipiat magis unum q̃ aliud cũ q; non possit omnia simul apprehendere qa non est tãte pfectionis ideo difficile est interpreti ista distinguere. Et propterea quidam aiunt ut aduertat que sunt magis familiaria somniãti presertim quia sepe percipit magis nota uel ad que inclinatur uel magis sunt apta offerri uel que tenacius herent memorie. sed ista non sufficiunt ad declarãdum illa nullus enim negat q; uapores confundant & impediant pcipere species ut patet qñ incipimus dormire quia uel non fiunt somnia uel ualde deformia nec sufficit scire que possunt prius representari sed oportet habere significata. ℭ Vnde potius debet cõsiderare subiectũ in quo non enim fiunt solum de rebus pertinentibus ad se sed interdum de cõibus uel ad alios aut ad rem publicam. Circa personam etiam est attẽte aduertenda complexio seu natura quia hec multum euariant somnia puta melancolici respectu sanguinei uel alterius similiter & ars. secundo debet obseruare tempus quoniam significata seu euentus differuntur & interdum accelerãtur. Tertio locum utrũ sint de illis que possint uerificari in domo propria an in ciuitate uel extra. Quarto attendere utrum per simulacrum importetur aliquod nociuũ uel proficuum quod aliquãdo cognoscitur ex qualitate illius puta quando est clarum reputatur posse conferre. Quando uero est obscurum turbatum uel distortum nocere. & propter hanc uarietatem aliqui uident & non diuinant. aliqui cognoscunt significata & ignorant quid importetur per illa uel quomodo sint applicanda ad actus. unde beatus Gregorius super iob. Exquitendum inquit est magnopere quot modis tangunt animum imagines somniorũ aliquando namq; uentris plenitudine uel inanitate aliquãdo illusiõe de qua plato. (Si sensibilia sua simulacra sensibus nostris reddunt quãtomagis demones

qui multo sensibilibus sunt excellentiores & potentiores aliquã do cogitatione simul & illusione/aliquando reuelatione/ aliquã/ do simul cogitatione & reuelatione generãtur. Subdit prima om nia facili cõprehendũtur experientia. Cetera non nisi a sanctissi/ mis uiris ut illud Nabucdonosoris a Daniele. ¶ Vt tamẽ sancti uiri dicunt exquirere ueritates somniorum per uiam demonum est ualde prohibitum rum quia comuniter decipiunt tum ne de/ trahatur honori diuino unde deuterono. xviii. non inueniatur ĩ te inquit qui illustret filium ducens per ignem & Ariolos sciscite tur aut obseruet somnia atq; auguria nec sit maleficus nec incan/ tator quoniam hec abhominatur dominus utcunq; tñ sequendo ordinem nature totum negocium consistit in hoc ut interpres sci at referre uisa in somno in suam causam & ex hac inferre que so/ lent procedere ab ea.

TRAC. VII.

CA. I. RATIONES CONTRA INTERPRETAN/ TES SOMNIA.

NE autem sermo diutius protrahatur omissis fere infinitis que possent recenseri inter tot uarietates referemus quid sentiamus subicientes q; & si alias locus a simili non con cludat necessario. Cum enim similia partim conueniant & diffe/ rant non potest inferre uniuersaliter. similitudo etiam est inter illa quibus causatur deceptio. Cũ his tamen ut diximus in capitulo de memoria unum simile ducit in cognitionẽ alterius. nã Arist. in secundo Thopi. utilis autem inquit est locus. hic ad utrumq; nam si in aliquod similium se habet & in aliis. si autem in aliquo non neq; in aliis & uult dicere q; locus iste tenet ad construendũ & destruendum hoc est affirmandum & negandum. Conferunt igitur similia pro quãto sunt illatiua. Est tamẽ difficile interpreti

cum istis aliquid presagire de somniis tum quia nomina rerum quibus exprimūtur conceptus sunt diuersa apud diuersos tū qa simulacra non formantur equaliter ab omnibus. dispositiones ēt somniantium euariant modos recipiendi simili ab extrinseco di/ uersa climata & diuersi aspectus quia per ista illud quod recipiē in imaginatiua unius differt ab illis que recipiuntur ab alio uel aliis. Ideo multi dicunt ꝙ non est danda fides somniis nam & si sapientes sciant omnia fere reducere in causam quia tamen mo/ dus applicādi illa ad particularia circa que sunt generationes & actus quorum cognitionem nunc inquirimus non inuenitur ab eis clare expressus. Si enim ultime differentie specifice rerum sunt nobis incognite multomagis induiduales in istis enim cum non sit ordo possunt fere infinita esse in causa eorum que sunt ab eis si enim essent nota non reperirentur tot uarietates opinionum.

CA. II. DE OPINIONE PROPRIA CIRCA MODVM INTERPRETANDI SOMNIA ABEXTIRNSECO.

PRedictis tamen non obstantibus & suppositis enarratis & si uia similitudinis sensibus exterioribus possit esse cā deceptionis puta quando offeruntur eis duo similia uel multum propinqua seu coniuncta & si ut alias dictum est nō de/ cipiantur circa sensibilia propria non tamen est idem de comu/ nibus & eadem deceptio posset accidere alicui interiorum co/ muniter enim iudicant secundum illa que recipiunt ab exteriori bus nisi quando unus istorum corrigit errorem alterius. nos in ꝓ posito intelligimus ꝙ si per istam uel illam similitudinē rei alias ī somno perceptam aliquid tale euenit somnianti facile credi pos/ sit ꝙ per similem nunc somniatam idem possit presagiri uel acci/ dere. Et quamuis species que mouent sensus possint fere uariari in infinitum quare & somnia uocati fortuita presertim ab extrin

eco de quibus nunc intellgimus. Illa tamen & si reputentur acci dere a casu pro quanto sunt actus quorum non sumus domini non tamen respectu causarum seu astrorum a quibus procedunt nam & Aristo. in libro de generatione ostẽdens ordinem nature uocat stellas terminos & minus sunt a casu relata ad intelligentiam a qua cum suo motu causatur influxus quare & multominus respectu dei qui est omnium finis.

¶ Ad euitandas igitur ambages & prolixitates aliquorum & ne legentes defatigentur circa tam uaria seu inania artificia que referuntur a multis circa interpretationes istorum maluimus sequi istam uiam tanq̃ faciliorem & tutiorem que etiã non caret aliquali ratione solita extrahi ex aliis futuris contingentibus per quem modum multa fuerunt inuenta. multi enim cum istis percipiũt dirigi de particularibus agendis in uigilia pro quanto species cõ mote sunt causa reminiscentie sepe etiam cũ similitudinibus perceptis in somno seu potius cum experientia illorum que subsequebãtur uidimus declarare plura. Et multi qñ uidẽt uel sentiũt ꝙ alias cõtulit solet eis sepe succedere aliquod bonum & econtra quando obuiat quod alias nocuit cõcutiuntur timore qui est expectatio mali pariter quando imaginatiua in somno ex se uel cũ presidio alterius uirtutis intrinsece percipit aliquid ab extrinseco quod putat conferre & somniãs est expertus alias contulisse tunc mouet similitudines seu species illarum rerum que in simili uel i aliquo contulerunt cũm quibus fiunt somnia prospera & ecõtra quando recordatur ꝙ nocuit suscitat illas a quibus alias suscepit nocumentum. ¶ Non tñ ex uno conferente uel nocente potest i ferri ꝙ similiter succedat sicut ꝙ nec uer una facit yrundo sed qñ frequentat & aliquod aduersans fortius non impedierit ut inquit ꝙ sepe adsunt signa pluuie que postea nõ succedit. Sicut tamẽ nõ omnia sunt inuestiganda per causas. Est enim ut Aristo. inqt erudití exactum ipsum eatenus in unoquoq; genere flagitare q̃tenus fert ipsius rei natura & addit simile namq; uidetur mathematicũ

suadétē pbare, & ab oratore demóstratióē exigere. nō sūt igitur ne/gāda illa q̄ lōgo tpe fuerūt obseruata & repta uera q̄m in suo gñe sunt ppinqua terminis primorū principiorū. & si aliqū presagit/ens cū ista arte fallat nō est mirū qa nullus hactenus sane mētis af firmauit q̄ de somniis possit haberi illa certitudo que habetur de scientiis & aliis que operamur in uigilia in quibus etiam accidit error nam & grammaticus aliquando barbarizat & medicus no cet in curis. sola enim prophetia ut dicetur non fallit.

CA. III. DE OBSERVANTIA VETERVM IN PRESAGIENDO PER SIMILITVDINES.

Testantur aūt huic opinioni que obseruabāt antiqui in diuinando per illas. Cū enim aduertebāt exire ex aliqui bus pomis quoddā aīal per simile musce pronosticabā/tur futurū bellū sumētes forsan indiciū q̄m ille sunt in continuo motu & pfide ac importune nature sicut hoīes proni ad belládū Predicebāt etiā futuras pluuias ex morsu eap ex eleuatióē eni ua poris in altū deficit illis pabulū quo prius nutriebantur unde re/currūt ad res duras quas cū fugāt maiori conatu mordēt. ¶ Ani malia uero que nequeunt fugere seu mordere puta Rane & simi lia cantāt ut attrahant aerē quia non possunt aliunde nutriri. Et alii uidentes exire ex terra uermes ualde albos pronosticabantur copiā frugū q̄m albedo non procedit nisi ex pinguedine illius. & alii aduertentes exire ex aliquibus fructibus paruas araneas pdi/cebant pestilentiam forsan quia aranea est aīal saturni qui sepe est causa interitus animaliū uel quia nectit telas que sunt similes rei qua inuoluitur sepeliendus. & per similitudinē serpentis predice bant inimicū ocultū & per illam lupi tyrānū. ¶ Et esto q̄ iste lo cus non sit idem cum illo per effectus quia tamen uterq̄ est a po steriori ideo ex notioribus nobis procedendo non fuit ab re pro sequi hanc uiam que licet ut in pluribus acquiratur cognitione potest tamen haberi ex istinctu naturenā & secundū istū agnus fugit lupū & auis ancipitrem & prosequntur genitores. uita enī

& permanentia non seruãtur sine prosecutione conferentium & deuitatione illorum que possunt nocere.

CA. IIII. DE ILLIS QVE RETVLERVNT FVISSE EXPERTA.

NOn est autẽ adhibenda alia fides somniis ultra q̃ exigat eorum natura coactus tñ ab amicis referam que ab eis recepimus pro ueris. nã & si ut plurimũ de illis presertĩ que sunt ab extrinseco non possit assignari ratio. maluimus tamẽ potius satisfacere rogãtibus q̃ maledicentium calũnias deuitare.

ET primo somnianti uidere aquã permutatã in colore & substantia & si possit significare presentem uel futuram indispositionem oculorũ si tñ color uergit ad rubedinẽ uel opacitatẽ arguit humores supcalefactos & qñ color esset uarius diuersitatem ipsorũ & spũs perturbatos ac etiã molestias extrinsecas. hec enim relinquũt interdũ in mentes nostras aliquam similitudinẽ meroris uel tristitie sed latenter qñ non sumus intenti dum recipimus illã pro tunc non uexamur ab ea uel quia non cogitamus uel preoccupamur aliis superuenientibus qñ tñ cessant ista impedimenta licet homo non cogitet illa tamen prior similitudo redit & se representat confuse quia non fecit prius impressionẽ. unde cũ sit formidolosa cõtristat & ignorat cã idẽ posset accidere ab aliquo hũore intrinseco q prius qescebat & postea pturbar p se uel cũ uapore & fumo. ¶ Ad propositũ igit qñ aqua pmutata uisa in somno fuerit multa & pmanens significat copiã diuersorũ hũorũ. si apparet q fluar futurũ uel pñtem catarrũ. qui uero somniat uidere pluuiã leuem & celũ serenũ ostẽdit bonã dispositionẽ spũum cũ aliquali hũiditate oculorũ. nebulosũ uero & pluuiosũ habũdãtiã istarũ & indispositionẽ illorũ & qñ apparet febricitãti q natat in aqua est signũ q natura pugnat cõtra materiã egritudinis & q euadet qñ pugna arguit robur illius. sed qñ ĩ sõno sentit se multũ grauari seu cõprimi ĩ corpe est signũ ĩcubi uel apoplexie. sepe. n. qualitatẽ q̃ uexatur dormiẽs potius q̃res extra dmõstrat somni-

ans enī se uehi instar uolātis subtilitatē humoris sicut uidere uel tangere niues seu grandines flegmata cruda.

SOmnia uero presagiunt malū qñ spūs & calor reuocati in sō no cōuertunt se super humores prauos q prius quiescebant quia enim tūc ab istis eleuantur similes uapores. hi uero eorū malicia cogunt timere & uniuersaliter omnia uisa in somno extra ꝓpriam naturam arguunt indispositionem seu distemperiem uiriū seu spirituū uel orgauorum aut humorū uel caloris naturalis puta Somnians ambulare per loca angusta significat futuram egritudinem pulmonis quia prohibetur anhelare seu attrahere aerē oportunū quare & ꝙ meatus illius sunt obstructi & in hunc sensum dicitur ꝙ medici iuuantur somniis.

SOm. uidere plures Ciues in ecclesia congregatos bene indutos cū uultu hylari. ¶ Expertū est significare nuptias futuras cum bono exitu presertim si cogitabat de capiēda uxore. Secus qñ facies apparēt tristes irate uel squalide tunc si somniator est infirmus compertum est significare eius mortem proximā presertī qñ affines uidētur associari ab aliis non enim incōuenit ꝙ una similitudo cū diuersis circūstantiis & respectibus significet plura sicut interdum ob penuriā nominum unum denotat plures res nomen tñ ut plurimū ad placitū illa uero ex natura. Et in oībus sōniis quāto plures sunt circūstantie bone puta quando uidētur in loco ameno uiridi fertili claro uel in ecclesia uel coram amico & sic de aliis tāto interpretatio erit certior sup prosperitate & ecōtra sup infortunio puta uisa ī loco sterili deserto uel inculto aut saxo so pturbato malum. qñ etiam somniās ex se est fortunatus licet simulacrū prosperū habeat pauciora testimōia tōne tñ fortune ampliaꝰ significatio in prosperitate & bonitate & qñ esset īfortūatus cū paucioribus pōt presagiri sup malo exitu. ¶ Vniuersaliter tamē quando simulacrum apparet in proprio situ non distortum non turbatum non paliatum nec adulteratum arguit bonitatem operationum & temperiem humorum sed distinguntur quia cum il

lis associatur aliquid pertinens ad negociationes cum istis uero ad naturas elementorum uel mixtorum. nam quando dormiens putat se acute uidere uel audire significat claritatem spirituum animalium seu uisibilium. Sed ueLociter currere licet significet q uires motiue sunt expedite potest etiam presagire expeditionem alicuius negocii.

SOm. uidere obuiam mulieres in uestimentis nigris cooperto capite compertum esse significare deceptiões occultas quod suadet sexus illarum & color uestiũ.

SOm. uidere meretricẽ uel loq cũ ea. ¶ q significet deceptio/nẽ uel rixas q̃ inter alias sunt due illarum proprietates.

SOm. percutere uel interficere inimicum ense est signũ uicto/rie expertum est & si litigaret cum eo q reportabit sententiã pro se.

SOm. uidere amicum seu sacerdotem sancte uite cum hilari fa/cie uidimus significare bonum. isti enim nemini consueuerũt in uigilia obesse sed uidere illum cum facie squalida merorem.

SOm. uidere hoĩem consuetum mẽtiri. ¶ Expertũ est q succe det oppositum illius negocii quod sperabatur econtra solitũ dicere uera.

SOm. se uidere detrudi in carceres. ¶ Expertũ est q negociũ de quo agit cito terminabit cõcordia uel sentẽtia uel cã remane/bit deserta carceres enim sunt ultimum in cõtrouersiis ciuilibus.

SOm. uidere faciem iudicis permutatam in colore uel situ. ¶ q non uult seruare que erat pollicitus: nam uultus dicitur eo q quis uult ostendat.

SOm. uidere principem iamdiu mortuum cum facie hilari ¶ q significet spem uanam.

SOm. loqui cum mortuo quem putat uiuum. ¶ q manifesta bitur sibi aliqua deceptio uel fraus.

SOm. uidere cãpũ grani uiridis qđ nõ emisit spicas. ¶ q signi ficet letitiam sine utilitate uel pauca qm̃ hec in fructus spice

consistit.

SOm. uidere aerem quem propter obscuritatem non potest di scernere. ℂ q scelus ab eo commissum remanebit occultum.

SI diligens mulierem somniauerit in aliqua arbore inuenire ni dum auium & porrigens in eo manum percipit illum frigi/ dũ. ℂ qest signũ festine tristitie & doloris quoniam illa nubet al teri uel morietur. & ipse de proximo discedet ab illa Ciuitate ni/ dus enim est locus natiuitatis & frigiditas consequitur mortem. Si putat reperire ibi pullos significat gaudiũ ex luxuria & illos capere lucrum certum.

SOm. uidere nauiculam ingredientem & postea egredientem domum suã. ℂ q mortẽ principalis de domo. presertim quã do apparet q in ea sit aqua: hec enim lachrimas & nauis instru/ mentum quo deferuntur cadauera presagiunt. ℂ Referuntur et multa circa uisionem animalium puta uidere plures equos signi ficat spem futuri lucri si ambulant confuse perturbationem. Si putat equitare super equo pingui & pulcro & in loco ameno lu/ crum sine controuersia. Si est rubeus erit cum rixa. Si ualde niger cum mestitia. Si albus erit incertum. uidere asinos macilẽtos uel bestias siluestres significat labores cũ merore Boues macros & nigros incõmodũ & dãnũ. Si pingues & albos letitiã & lucrum ex propria industria & sub aliena cura perueniet ab extrinseco si depascantur in loco ameno habundantiam & quietem animi. Si continue ambulant lucrum non erit certum.

SOm. q mordet a serpẽte. ℂ q hẽt hõorẽ acutũ uel q insidia/ bit & detrahet honori suo & si relinquat uulnus patietur dã nũ & si serpẽs appareat magnus dãnũ accidet a supiore si par/ uus a priuata & maliuola psona si esset uenenosus a tyráno. si mor dens esset leo infereret a principe si lupus ab inimico oculto.

SOm. capere aues pingues. ℂ q lucrũ sed audire garriẽtes q̃ ne queant capi rixã & si cito recedant q cito terminabitur & si uolant super caput spem honorũ si putat habere illas in manibus

lucrum certum.

SI diligens mulierem somniaret quod loquitur idiomate extra/neo. ¶ quod paucis post diebus loquet eũ ea in secreto uel per litteras.

SOm. ascẽdere cathedrã & ĩ ea declarare dubia. ¶ quod cito reputabitur uerum quod dicet in publico.

SOm. se indutum ueste que non transcendit medietatẽ tybie. ¶ quod significet expeditionem negocii dubii que tamen nõ fi/et absque eius uerecundia.

SOm. quod fructus quos colligit sint boni odoris. ¶ quod significet bonam dispositionem humoris si fetidi quod sunt corrupti uel il li laudes isti uituperia.

SOm. debitorem esse indutum ueste nigra. ¶ quod nihil conse/quetur ab eo.

SOm. portare in capite duo bireta unum super aliud. ¶ quod cito infamabitur de crimine uel reputabitur quod obtinuit aliquã gratiam cum turpi lucro. quoniam cum secundo uult celare fa/miam primi.

SOm. esse in palatio Regis uel Pontificis si facies eius ap/pareat hylaris & in habitu solito facere gratiam. ¶ Di/cunt quod potest pronosticari super aliqua commoditate futura presertim si uideretur ridere.

SOm. uidere aduersarium seu competitorem super equo pin/gui & pulcro. ¶ quod ille est aptus uincere si tamen uideatur quod etiam ipse equitans preuenit illum in cursu. ¶ quod obtine/bit cum difficultate.

SI apparuerit somnianti quod ille qui preest in republica tangat eius manus uel aliquam partem corporis qua senserit se cale/fieri. ¶ quod de proximo iuuabitur ab eo in aliquo magno negocio tactus enim magis certificat quam uerba solita dari ab illis.

SOm. capere elemosinas ex altari. ¶ quod significet lucrum in/excogitatum.

Somnianti ostendere aliquam capsã apertã. ℭ q̈ de proximo pandet alicui secreta.

Somnianti colligere duo aut tria poma uirida ex summitate arboris. ℭ q̈ cito honorabit in conspectu egregiarũ psonaꝝ

Somniãti quod ductus ad aliquem ortum seu locum amenũ & q̈ postea traducit ad aliũ sterilẽ seu lapidosũ. ℭ q̈ post paucos dies capietur egritudine & si appareat ut illic dispdat q̈ moritur ex illa.

Somniãti ingressũ religionis. ℭ q̈ infirmabit cito & si appareat ut emiserit professionẽ. ℭ q̈ morietur. nã & pfessi sũt mortui mundo.

Somnianti uidere que solent latere sub terra puta ossa seu corpora mortuorũ uel figuras monstruosas. ℭ q̈ succedent nouitates & turbulentie quia contra cursum nature sunt ueluti presagia & cõminationes infirmitatum.

Somnianti uenientẽ proicere lapides cõtra ipsũ. ℭ q̈ de proximo iniuriabitur cũ uerbis uel q̈ aliquis conabitur inferre ei iniuriam.

Si quis executor testamenti sõniauerit q̈ defunctus clamat uel uocat eũ. ℭ Significat q̈ nõ adhibet curam quam debet & q̈ cito hereditas dilapidabitur.

Somnianti comedisse cibum incõsuetum quem conatur & nõ potest euomere. ℭ q̈ est signum lucri prohibiti quod uellet restituere & non restituet.

Somnianti ponere lapides in diuersis angulis fenestre domus ob defensionẽ. ℭ q̈ cito accidet ei casus quo idigebit psidio multorum & si ponantur super muro comuni q̈ infortuniũ sucedet ex malignitate uicini.

Somnianti inimicum occultum prius loqui cum eo & postea ludere uel tradere illi cartas ad ludẽdũ. ℭ q̈ decipiet uel conabitur eũ decipere.

TRAC. VIII.

CA. I. DE NOMINE ET NECESSITATE PROPHETE.

Poete appellant prophetas uates a ui mentis & greci interpretes oraculorum & interdũ uocantur insani eo ꝙ sacerdotes q dabant responsa (pleni furore) uidebantur insanire. & nõnulle nationes uocant suos sapientes ꝑphetas. sed latini presertim Theologi dicunt prophetam esse idem ꝙ spiratum lumine diuino. & est ille qui procul uidet occulta nobis. a quo dicitur prophetia que exigit futuroꝝ contingentiũ cognitionem & ꝙ euentus istorum predicentur & miraculis comprobentur quare propheta est qui futura cognoscit & cognita ꝑdicit & ista cõprobat miraculis. unde cassio. prophetia est diuina ꝑsagitio euentuũ rerum ĩmobili ueritate firmata. ¶ Cum igitur de futuris contingentibus oportunis ad consequendum finem nulla prorsus uel pauca in uigilia uel per somnia secundum naturam possit haberi cognitio nedũ uia demonstratiua sed nec topica seu probabili. de uigilia patet quoniam excedũt nostram capacitatem & illorum non est determinata ueritas saltem quantũ ad nos uniones etiam contingentium non cognoscuntur nisi in tuitiue & predicta sunt futura. in prescientia tamen dei a qua depedent sunt ꝑsentia & determĩate ueritatis. ¶ Nec possunt sciri p sõnia quoniam non significant illas ad placitum ut constat quia sunt naturales conceptus. nec naturaliter quia actus interior non potest representare nisi suum obiectũ seu suam causam & nullo modo que non habent ad illud aliquam habitudinem ut est futurum contingens respectu somnii. Si etiam istud est operatio sensus interioris sicut uisio exterioris ideo ut ista non põt significare aliquem futurum euentum pariter nec somnium. ne tamen remanerent omnino incognita saltem pro quanto sunt necessaria ad

salutem.deus cui omnia sunt continue presentia secundum opor/
tunitatem temporum illuminauit mentes patrum dono prophe/
tie cuius dignitas est ex pluribus manifesta.magis etiam specifi/
ce dicitur ostendere que a nobis credūtur quā fides. ¶ Vt igitur
pateat quantum temerarie diuinationes distent a ueris referemus
succinte ꝙ cum sola prophetia uel alio maiori dono possunt pro
nunciari que ex solius dei arbitrio pendent.

CA. II. DE QVIBVS EST PROPHETIA ET IN QVA SPECIE.

CVm igitur sit de illis que sunt in diuina prescientia horū
autem quedam latent solum aliquos.pura distātes loco
uel perturbatos quedam superāt capacitatem omnium
(licet enim multa de quibus predicūtur sint ex propria natura in
telligibilia non tamen a nobis) puta quiditates substātiarum ab/
stractarum. Aliqua uero tum ex natura tum ex nostra imbecilli/
tate non possunt intelligi quia ex se sunt indeterminate ueritatis
omnia tū hec predicuntur a pphetis. unde prophetia nō erit no
titia incomplexorum quoniam in istis omnes secte cōueniunt cū
aprehensio omnium istorum possit haberi ex naturalibus sed de
ueritatibus predictis que nisi ī propositionibus inueniri possunt
Quare nec lumen ipsius poterit procedere ab intelligentia nec
a celo nec ab aliqua doctrina hominum industria acquisita aliter
modus acquirendi unius non differret a modo acquirendi alteri
us cuius contrarium patet ratione obiecti mouentis quod est de/
us reuelans & propterea certior omni scientia humana quia ab il
lo qui nō potest fallere nec falli. ¶ Et licet teneaī ꝙ sit qlitas est
tamen supernaturalis ideo non proprie habitus acquisitus ex acti
bus aliter propheta posset predicere cum uellet quod est contra
experientiam.quia enim pendet ex libera dei uoluntate ut a cau/
sa ideo transeunte actu prophetandi non est necesse ut ipsa sema/

neat. exemplum datur de aere qui taptim illustratus lumine non remanet in eo habitualiter pariter afflatio seu illuminatio ꝓphete fluit & non manet. nec est naturalis potentia aliter oēs eēnt eque dispositi ad prophetandū. nec est proprie passio seu passibilis qualitas in parte sensitiua quia sustētaī in intellectu. nec est forma uel circa aliquid constans figura ut ex se patet qm̄ sūt qualitates circa quātitatē quare nec in aliquo predicamento quia in nulla specie alicuius nisi forsan rōnes predicamētales largius q̄ fecerit Aristo. designarentur. tūc enī ꝓphetia posset noīari dispō in prima spē qualitatis nā q̄ sepius spiraī est habilior ad ꝓphetādum & recipiendū lumē propheticū q̄ sunt cōditiōes dispositi. ¶ Verum & si non sit proprie passio tenetur tñ q̄ insit per modū passionis qa recipere lumē diuinū est quoddā pati ueluti intelligere saltem equiuoce nam & predicentes quodāmodo patiunē non corruptiue sed perfectiue.

CA. III. QVALIS POSSIT ESSE PROPHETA ET QVOT MODIS POSSIT AFFLARI.

Q Vamuis referanē tria genera bonorū uidelicet corporis fortune & aīe uere tñ ꝓpheta nō indiget duobus primis qm̄ pluribus auctoritatibus īuenit q̄ ēt hoīes debiles & īfirmi & cōstituti in egestate iā ꝓphetarūt ut patet de iob helia & & eliseo nec q̄ plus est īdiget bonis aīe pōt stare cū peccato tñ qa numeraē a paulo inter dona gratis data tū qa elargiē ꝓpter bonū cōe & nō ꝓpriū nā & sybille & pseudo ꝓphete quos deuitat doctrina diuina ēt ꝓphetarūt si tñ cū ea infunderet gr̄a ut sepe accidit tūc deus in eodē instāti remoueret culpā si qua inesset & ifunderet illā & qa repugnāt inuicē primū nō esse culpe est primū in esse gratie nō dico q̄ deus sua potētia absoluta nō possit expellere illā non infundēdo istā sicut posset hoiem ꝓducere in puris naturalibus. ¶ Et ex diuersis scripture locis habeē q̄ ꝓpheta pōt septem modis afflari uidelicet attonitione seu extasi que est proprie mentis excessu causata aut uisione & id uel oculis aut sensibus in

teriotibus uel etiam mente. aut somniis ut qñ angelus apparuit ioseph. aut signis ut i rubo uł nube. aut uoce e celo demissa ut iqt hic est filius meus dilectus. aut parabola ab animalibus seu ru/dibus. aut plenitudine diuinitatis qua ꝓpriissime afflantᵉ ꝓphete. ¶ Vnde ille pót melius prophetari qui magis participat de lu/mine diuino quod & si sit infinitum quia tamen datur dei uolun tate ideo quãtum uult & non ultra participatur.

CA. IIII. DE OPINIONE ARISTOTELIS CIRCA PROPHETIAM.

VT autem magis pateat dignitas & ueritas prophetie refe remus opiniões uolẽtiũ extollere naturã & ꝑmo Aristo. q sicut superius tetigimus asserit duos modos predicẽdi futura unũ ex instinctu quẽ asserit ꝓcedere ab humore melanco/lico in trac. eni de diuinatione. Melancolici inquit propter uehe mentiã queádmodũ iacientes longe bene coniectant & ꝑpter mu tationẽ cito habitũ imaginantur & dedit exemplũ ꝙ sicut bruta que nõ occupanᵉ exterioribus facilius recipiunt stellarũ impres/siones pariter isti. & in ꝓblematibus ait. & propter hoc ꝙ hec ca/liditas est prope itellectiuũ locũ egritudinibus cõsumitur mania cis aut diuinatiuis & subdit Sybille & bacchides ut diuini fiunt oẽs qñ nõ ab egritudine sed a naturali cõplexione accidũt & ad/dit Niceratus syracusanus & Amon erant poete seu diuinatores aliã diuinationẽ tribuit arti & sciẽtie sicut anaxi. q preuidit penu/riã olei & de multis aliis Solõ cũ prudẽtia ꝓposuit leges. ¶ Plato militer cõcedit duplicẽ prouidentiã futurorũ unã ex natura aliã artificio. Rationes uero Aristo. sunt tum qa asseruit mundũ esse perfectũ tũ qa inquit ꝙ sapientes possunt comprehendere omnia quorum natura est capax quia omnis cognitio completur ab in/tellectu agente cum specie representante obiectum tanq̃ a causa ac tiua & ab intellectu possibili tanq̃ a passiua fuissent enim iste potẽ tie frustra nisi possent reduci ad actum tum quia obiectum intel/lectus est ens quod se extendit ad omnia tum quia tres scientie pu

ta phisica metaphisica & mathematica agunt de omni ente spe/culabili & scientie practice de unoquoq; agibili & factibili qua re putauit prophetias esse naturales cognitiones & non ultra ca/pacitatem humanam.

¶ Auerrois uero inquit q̃ sõmniũ est apparitio fantastica in sim pliciter dormiente.& diuinatio est cognitio occultorum apparẽs per simulacra somniorum.& prophetia apprehẽsio futurorũ ap/parentiũ per somnia propriis imaginibus.uisio uero omne illud quod ĩ uigilia apparet sensibus exterioribus ĩtrinsecus reuocatis.

CA. V. DE PROPHETIA SECVNDVM ASTROLOGOS ET AVICENAM.

Astrologi uero & si cõcedãt diuinatiões impetuarias esse secundũ naturã uolunt tñ q̃ ipsarũ cause sint astra. unde Albumasar inqt hãc causari ex cõiunctiõe Saturni & io uis in capitẽ Arietis que aduenit post Noningẽtos & sexagita an nos uel cum illa coniunctio mutatur in trianguli figuram que ap paret singulis ducentis annis.quod probant qm̃ ipsi obseruarũt istum interuallum.& Ptolomeus cũ mercurius (inquit) effectus hospitator fuerit eius signi quod sol in genitura tenuerit natus ille erit propheta.& quidam ex illis tribuunt istam facultatem con/iunctioni iouis ueneris & solis tempore geniture.

¶ Cum prima uero opinione uidetur consentire Auicen.vi.na/turalium cũ inquit.Cum precesserit iouis & saturni coniunctio & genitura fuerit optime affecta ita ut ui celi & elementorum sit cõplexio & patria tẽperata qui nascit sub ista propheta est & mo uebit uniuersam naturã nutu & superius in opinione arabũ dictũ est q̃ talis anima nõ solũ põt cõsiderari ut forma sed etiam ut est imago motoris orbis & secũdũ hoc conueniũt ei que ad prophe/tam attinẽt quod suadet quia si uiuere & bene uiuere sunt finis na turalis hominis.ista autem non acquiruntur sine prophetis a qui bus nisi replicantur leges populis & gentibus uel dentur eis alic non transiret forsan una generatio quin perderentur mores & si/

des possibilitas patet quia si nõ denegatur forme naturali media uirtute celi agere in alienã materiã.ut patet de hiacito & gemmis cõfortantibus cor & multis aliis multominus anime ut imagini intelligẽtie si etiã interdũ ex uehementi imaginatione transmutat nõ solũ propriũ corpus sed alienũ ut patet in incantationibus pre serti q̃n patiẽtes credũt uel adhibẽt illis fidẽ nõ erit mirũ si iuua ta presidio celi seu motoris possit prophetare.

CA. VI. DE IMPROBATIONE PRE/ DICTARVM OPINIONVM.

SI quis autẽ cõsideret illa tria necessaria in prophetãdo ˈui delicet precognitionẽ & prenũciationẽ futurorũ cũ con/ firmatione miraculorũ. ut dictũ est facile quid sibi ue/ lint predicte opiniones nullum futurum contingens potest sciri uirtute celi dicente ipsomet Ptolomeo q̃ licet stelle necessario de mittant influxũ res tñ subiecte nõ recipiunt illũ necessario unde si illi effectus possunt esse & non esse seu si sunt ˈcontingẽtes nulla anima quãtumcũq̃ eleuata poterit illos intelligere ideo nec ca/ dũt sub sciẽtia astrorũ. dẽ patet rõe miraculorũ q̃ ipsi concedũt fieri posse ui nature cũ eni habeant tres gradus unũ ad quẽ nulla operatio nature se extẽdit puta firmare solem aut diuidere aquas maris.alium ad quẽ & si illa possit aliquid operari puta dare ho mini uitam media generatione nõ tñ illũ reuocare a mortuis.ali/ us & si fieri possit per naturam quando tñ fit per miraculum non potest seruari huiusmodi ordo. Cum igitur omnia ista fiant ue/ ro propheta nulla concurrente uirtute celorum non poterit pro cedere ab istis . dices forsan q̃ licet non fiant uirtute illorum possunt tamen fieri ab anima prout est imago itelligẽtie sed istud nihil est quia si astrum est instrumentum adequatũ illius nõ pote rit operari aliquid excedens illud ad quod extenditur celum nec etiam anima non transmutat nisi mediante corpore. Adhuc uel illa affectio anime causata a celo uel intelligẽtia est naturalis aut supra naturam non istud quia cause assignate ab eis sunt mere na

turales. Si primũ non possent disponere ad uniendum mẽtem cũ deo quod est supra naturam. si etiam affectio est finita non poterit naturalitẽr coniungere prophetam cũ obiecto infinito. ¶ Vnde ad rõnes illorum de cognitione futurorũ uel cognoscuntur in particulari & ueritate termiata aut uia cõiecture & nõ sub ꝓpria forma. si isto modo non erit propheta nisi secundum quid quia cognoscit solum in parte in quem sensum possent uerificari opiniones tenentes ꝙ fiant instinctu nature uel influxu celi aut ex q̃litate humoris melancolici seu alio artificio uel illusione. omnes isti sicut q̃ mouentur proprio spiritu sunt potius pseudo prophete. nõ sic de prophetia termiate ueritatis. Cũ eñi hec superet oĩum hoĩum capacitatẽ de euentu futurorũ contingentium nisi spiratus diuino lumine prophetare nõ potest ex quibus soluuntur rationes philosophorũ & astrologorũ. ¶ Et ad illud quod auicena inducit de fine bene uiuendi pro q̃to asserit quod sit naturalis aberrat qm̃ est supra naturam elargitus adeo uoluntarie ut comunicet aliis suã perfectionem. nec est uerũ quod addit de maiori pfectione anime respectu mixtorũ quia in illum sensum sequeretur quod ipsa posset producere operationes cuiuscunq; mixti. Conceditur tamẽ quod perfectior operatio illius superet perfectiorẽ operationum omnium inanimatorum & quod denique que refert de possibilitate transmutandi unam in aliam formã sunt potius illusiones uel apparentie ut superius patuit. unde & quidam alii arabes longe minus aberrant. concedunt enim prophetas dimitti a deo tum ob commoditatem publici regiminis tum quia aduentus illorum subleuat spes humanas tum ne deficiat religio. & propterea quidã prophetant in uno tempore & nõ in alio.

CA. VII. DE OPINIONE THEOLOGORVM.

THeologi uero a deo illuminati per gratiam licet non negent uniuersum esse perfectum in specie quia tamen finis ad quem homo ordinatur non potest consequi aliq̃ humana scientia quia nulla peruenit ad hoc ut faciat cognoscere

quomodo fruimur deo in patria. istud enĩ cũ sit supra naturá ho/minis nõ põt percipi absq lumine fidei sicut nec datur a deo ni/si uoluntarie quare nec assequi sine reuelatione seu ,pphetia qua pdicunť secreta diuina. ⁋Siue istud eueniat reuelatione p modũ instruentis. tunc enim nouit distincte quod loquitur iussu dei si/ue solo diuino instinctu ut accidit quando ignorat an predicat iussu dei uel proprio spiritu. & concesso q ex naturalibus possi/mus cognoscere deũ tanq̃ finẽ nõ tñ sub ista rõne qua uult facere nos beatos. est etiá necessaria reuelatio mediorum & doctrine de moribus pro quáto dirigũt ad aliam uitam quare lumé ipsius est supernaturale respectu dantis & obiecti & medio illo propheta copulatur cum deo sicut intelligens media ratione intelligẽdi uni tur cum intelligibili & ista dispositio est propinquior ad prophe tandũ intellectus etiá noster in isto statu non mouetur nisi a quí ditate rei materialis cũ qua nõ põt hõ se disponere ad ,pphetãdũ sine lumĩe. Et propterea dicit q si deus infũderet in nobis scientiá naturalem infusio esset supra naturam quia anima non mouere/tur ab obiecto ut est aptũ mouere. sed quando reuelantur secreta de misterio trinitatis & ueritatibus diuinis 'est supernaturalitas utroq modo.

CA. VIII. AN PRETER LVMEN REQVIRAN/TVR SPECIES.

CVm autem sola notitia ituitiua dei eximat hominé a sta/tu uie in quo secundum multos cum abstractiua potest haberi cõceptus causatus ab eo per quem representetur distincte diuina essentia. in proposito tamen est difficile q. lumen propheticum faciat intellectum perfecte capacem & aptum ut possit immediate exprimere que recepit quoniam istud est indif/ferens ad omnia uera reuelabilia. ideo cũ propheta debeat expri/mere aliis plura cõcepta ab eo istud aũt fieri nõ poterit sine diuer sis spẽbus imaginariis qa sicut uisus actuatus a lumine nõ pcipit colores diuersos sine diuersis spẽbus pariter nec ,pphcta cũ solo

lumine potest predicere sine illis. nam & si prophetia datur pro/
bono comuni. ideo debēt uaria & diuersa prenūciari que nisi cū
distinctis cōceptibus exprimi possunt. uidet̄ enim esse solius dei
ꝙ producat diuersa sine distinctis ydeis ꝑpter infinitatē pfectiōis
essentie & intellectus qui in producendo non egēt diuersis rōni/
bus distictiuis quare uocāt ydeas diuersas habitudies extrinsecas
sed requirunt̄ in quacūq; natura intellectuali creata quia si qua ta
lis posset unica rōne intelligere oīa intelligibilia esset infinite per
fectionis quia si intelligere plura sub una ratione intelligendi ar/
guit maiorē perfectionē. ideo infinita infinitam. ❡ Alii uero ecō
tra tenent ꝙ lumen pōt sua uirtute habilitare aīam ad predicēdū
sine nouis speciebus quoniam ex se est tante perfectiōis ut supple
at seu subministret omnia requisita ad eas. & licet dicatur ꝙ aīa
non mouetur nisi a similitudinibus rerum sensibilium istud acci/
dit in cognitione naturali in qua una species non potest represen/
tare nisi unum indiuiduum uel unam naturam sed cum lumine
diuino possūt representari multa sicut aiunt ꝙ cum uno habitu
quem uocant scientialem potest angelus cognoscere quecunq; sal
tē in uniuersali. ❡ Sed non est uerum quia non illuminatus non
intelligit materialia sine speciebus quare nec illuminatus intelli/
get predicenda sine istis. Tenentes etiam ꝙ non sufficiat lumen
uidentur melius saluare proportionem nature infinite ad corpo/
ralem que comuniter non intelligit sine illis que si sunt necessarie
uidentur potius infuse quā acquisite. iuxta illud ingressus est sup
me spiritus supple diuinus & statuit me super pedes meos hoc
est fecit me certum de illis que sum loquuturus quare hoc quod di
cit spiritus uidetur significare ꝙ sint infuse sicut & lumen quod
etiam est terminatum respectu recipientis. ❡ Sed utcunq; opor/
tet tamen in eis saltem inesse unum representatiuum. nam &
beati mediante aliqua specie seu lumine glorie contemplan/
tur essentiam dei que propter infinitatem non potest ex se ple/
ne comprehendi licet unaqueq; cōprehēsio faciat unūquēq; btm

Quicquid igitur recipitur quietat recipientem quia non est ulterius capax saltem ratione meriti congrui.

CA. IX. DE NOTITIA REQVISITA AD VERE PROPHETANDVM.

Siue igitur notitia quam habet propheta de deo fiat, solo lumine siue requiratur species. in se tamen non est uisio essentie que uocatur notitia in uerbo quia de communi lege quod dicitur propter raptum non potest haberi dum aia agit in corpore passibili. Solum igit' uidetur i aliqua similitudine spirituali recepta in intellectu qua illustrantur pphete de futuris euētibus. ¶ Nō dico q illustratio pphetica fit solū ipsius intellectus qa si ut dictum est afflatur interdum attonitione & uisione qbus illuminatur nō solum intellectus sed etiam sensus interiores nihil sentiendo per exteriores nisi forsan remisse & debiliter & isto modo uel somno uel uehemēti contemplatione ppheta uidetur alienari. lumine igitur prophetico representantur ei sola que debet p̄dicere & si per illud prospiceret essentiā hoc esset solū q̄n illud p mittit sed in patria uidebimus sicut sancti uident illā nunc. ¶ Et dato q lumē nō sufficeret disponere intellectū ad pphetādū sicut lumē glorie ad uisionē dei. si qs tn̄ recipet in somno uel uigilia aliqd representās futurū sine lumi̇e nō esset ppheta. in sōno patet de Pharaone q somniauit spicas. sōnium ēt est passio sensus & lumē prophetie ut in pluribus recipit' in intellectu. Similiter in uigilia qa non est perfecte propheta q profert uerba sed potius ille qui interpretatur patet de Daniele qui interpretatus fuit uisionē Baltassaris uidentis scriptum in pariete & ioseph spicas pharaonis. illa etiam Cayphe io. xi. Expedit inquit ut unus moriatur &c. licet predixerit futura quia pontifex anni illius ignorauit tamen misteriū mortis christi. nec ad completam prophetiā sufficit q q p̄dicit ipellatur a spiritu sancto ut dicit' de iepte iudicū. x. q spūs

dñi irruit in eam ad pugnandũ contra filios amon non fuit cõ/
pleta quia nõ iudicauit de uictoria futura. Et licet sic pronosticã
tes uocentur interdũ prophete. reputant tñ potius quidã instin/
ctus seu casus prophetie quasi aliquid decidens ab ea q̃to tñ intel
ligẽtia prophete est clarior tanto perfectior dũmodo nõ excedat
gradum cognitionis enigmatice. nã illa Io. baptiste qua demon/
strauit christum digito excessit gradum illius. illa uero hyeremie
q̃ã uidit ollã accensam & faciẽ eius a facie aquilonis &c. nõ re/
putatur cõpleta quia non cognouit significatũ uidelicet exercitũ
futurũ & si quidã teneant oppositum quia aliter non fuisset in il/
la uisiõe uere propheta. ¶ Vtcũq; tñ oportet ut propheta cogno
scat significata. iuxta illud Danielis intelligentia opus est in uisio
ne licet forsan nõ oporteat intelligere oẽm sensum scripture puta
litteralẽ & moralẽ qui solet subdiuidi ĩ allegoricũ tropologicũ &
anagogicũ. Samuel uero ter a dño uocatus primo Regũ tertio
quia ignorabat se a deo uocari patet q̃m ibat ad hely ideo non
fuit ꝓpheta donec fuerat sibi declaratũ misteriũ uocationis.

CA. X. QVOD PROPHETATA NON SEMPER EVENIANT ET POSSINT FIERI DE QVALIBET DIFFERENTIA TEMPORIS.

QVod aũt que prophetantur aliquando non succedãt pa/
tet q̃n ysaias predixit ezechie regi mortẽ ideo quidam di
stinguũt quia uel illud quod predicitur pendet imme/
diate a deo seu eius efficaci uoluntate tunc proculdubio non fal/
litur uel pendet a deo ut a causa remota & a celo & stellis ut a ꝓ/
pinqua cum ista possint impediri ex ordinatione dei quare non
euenire ut patet quãdo ysaias dixit ezechie dispone domui tue.
iste enim predixit solum ordinem qui poterat mutari a deo hanc
uocant comminationem quam si prophete intelligant seu recipi
ant seorsum a notitia prescientie dei pñt falli secus de prescientia
de qua dicitur q̃ prophete non solum diuinant sed quod di
uinum est suscipiunt & predicunt ideo hyero. appellat ꝓphetiã

signū prescientie dei pſciunẗ tñ mala bona uero potius pdestinãẗ. ₵ Et quis pphetia qtum ad nois iterpretationē respiciat potius futurā cōtingētia. tenetur tñ q̄ possit et esse de rebus presentibus qñ actuū. xi. Spiritussaanctus dixit petro. ecce uiri tres querunt te & pro tunc nihil dixit ei de preterita uisione cornelii qui uidit an gelū sibi dicentē mitte uiros & accersi symonē. & de preterito qñ Moysi fuit facta reuelatio creationis mundi in principio Gen. & de futuro qñ ysaac benedixit filium suū. tūc enī cognouit iacob suppositū. sed de presenti & futuro simul patet de iacob quando propter senectutē non poterat oculis uidere manassen & effrai & tamen cognouit illos presentes unde cancellaris manibus predi/ xit futura. sed de presenti preterito & futuro simul qñ Elizabet sa lutata exclamauit uoce magna. Benedicta tu iter mulieres & bea ta es que credidisti. Ecce concipies &c.

CA. XI. DE COMPARATIONE PROPHE TARUM.

QVãuis autē diuerse sint preeminētie prophetarū qñ aliq laudanẗ magis de iustitia. aliq de fide. aliq respectu cōstā tie & sic in ceteris rōne tñ obiecti seu materie circa quā uertat ille qui prenūciat aliqd de rebus perfectioribus seu poiori bus credit preferri aliis. ideo cum dauid fuerint reuelata lōge ma iora misteria de fide anteponiẗ ceteris. sibi etiā & abrahe fuit facta specialis repromissio de xpo. Quida uero preponūt moysen qa ferunt uidisse diuinā essentiā & que audiuit nunciauit toti popu/ lo. ostendit et plura signa in egypto mari rubro & in deserto. Et alii preponūt apostolos qa immediate uisibiliter illuminati a spi ritusancto. Sed preponētes Dauid Moysi dicūt q̄ deus nunquā fuit uisus iu propria essentia presertim in ueteri statu iuxta illud non uidebit me homo et uiuet. in nouo tñ qcquid dicaẗ de aliis apostolis conceditur tamen q̄ paulus uiderit illamin raptu. istud tamen donum fuit supra prophetiam et quedam species beatitu dinis uisio nāq̄ succedit ad fidē nam et qui uidet desinit credere.

Quia tamen nullus clarius & completius prophetauit de incar
natiōe uerbi sicut dauid ideo solet preferri. Et comunis inter pre
tatio noīs ꝓphete referẽ ad ipm ut apl'i ad Paulū respectu raptus
qa in isto fuit specialiter uocatus. Cōparādo tñ ꝓphetas rōne tē/
poris antiquiores uidenẽ p̃ seferre quādā dignitatē similiter ille
sup cuius prophetiis alie fundantur quia habēt rationē originis.
¶ Verum cum ista non reperiātur clare terminata nec solis ope/
ribus humanis possint concludi merita que sunt maiora uel mi/
nora ex sola acceptatione diuina ideo in isto statu in quo a nobis
secundum naturā percipiuntur obiecta sola uisione reflexa quis
preferatur nouit ille iudex qui ex alto scrutatur hominum corda
eiusq; cuncta prospicere disponere & dirigere pariter est.

FINIS.

¶REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.u.x.y. Omnes sunt terni
preter. y. qui est quaternus.

¶Impressum Romæ apud Iacobum Mazochium Romanæ
Achademiæ Bibliopo. Anno. M.D.XV. Die. x.
Mensis Octobris Triumphante diuo
Leone. X. Pontifice maximo
Anno eius tertio.